BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
64
13-22.c.19.
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNTAGMA

Repetitæ Editionis

DE

COMMVTATIONIBVS BENEFICIORVM,

IN QVO QVICQVID ARGVMENTVM hoc concernens offerri, vel in controuerſiam adduci poteſt, facili ac perſpicua methodo continetur.

Diuiſus in tres Partes, quarum argumenta mox ab Epiſtola liminari proponuntur.

AVCTORE

IOANNE à CHOKIER, *Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis Canonico, ac Vicario in Spiritualibus generali.*

Cum Indice gemino, vno Capitum, altero rerum maximè notabilium.

LEODII,
Apud Hæredes GVILIELMI HOVII.
M. DC. XXXII.
Cum Gratia & Priuilegio Suæ Celſitudinis.

ILL^{MO} AC R^{MO} DOMINO D. FRANCISCO GVILIELMO

S. R. IMP. PRINCIPI, EPISCOPO OSNABRVGENSI, VORdenſi, & *Mindenſi, Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonnenſis, & Collegiatarum Monachien. Veteris Oettingæ ac Bonnẽſis Præpoſito, Comiti de VVartemberg, Domino in VValdt, &c.*

ILLVSTRISSIME & REVERENDISSIME PRÆSVL, & PRINCEPS.

Si ego ſolus tot inter gratulantium Ill^{mæ} & R^{mæ} CELS. V. ad hanc Ciuitatem lætabundi concurſus aduentum, ſerenâque fronte excipientium, ſileam, adeò malè meritus de eadem Illma & R^{ma} CELSIT. veſtra videri poſſim. Deſpiciẽs ergò quam ex parte mea gratulabundi animi ſigni-

¶ 2 fica-

ficationem ipſi panderem, occurrit eccè Opuſculum iſtud repetitæ Editionis de Sacerdotiorum commutationibus, quod quidem velut ſyncerum deuoti ac cordati animi Μνημόσυνον magna cũ demiſſione animi offerrẽ. Neque tamen ſum ita mei plenus, ne quis mihi obijciat, vt exiſtimẽ illud luminibus veſtris idoneũ, ſed neque tã iudicij expertẽ me credat, quin in optione patroni, ſub cuius clypeo prodire deberet, mox cæteris præferenda Celſit. Veſtra Illma videretur. Siue enim ſuam in me propenſionẽ attẽdo, ſiue ſingulares atque heroicas virtutes omnijugæ eruditioni coniunctas pondero, ſi generis ſublimitatem cõſpicio, optimo iure hæc ipſi debebantur. Quis enim fando, aut ſtylo explicare poteſt, decumanos labores, quos in tuenda, vel aſſerenda religione auitâ, (quam tam ſtrenuè in Oſnabrugenſi Epiſcopatu propagârat Eminentiſſimus ille Cardinalis Zolleranus, Anteceſſor Veſter) exprompſit

ſit pietas veſtra? Quis diuini cultus propagationem? Quis altitudinem conſiliorum? Quis induſtriam, ſedulitatem, animum indefatigabilem, ac in rebus agendis integritatem? quibus animi dotibus quis condignè exprimat animi dexteritatem quà in tractãdis afflicti modò Imperij perarduis negotijs vtitur? Quis denique diſciplinæ Eccleſiaſticæ zelum ſuis in Epiſcopatibus pro merito depingat? Nimirum eo excitati Eccleſiæ Mindenſis & Voordẽſis Proceres, in ſuum Antiſtitem vno ore omnes, adſpirante quidem Summo Pontifice ac Cæſare, non ita pridem V. Celſitudinem cooptarunt, quibus in locis centum viginti, & quod excurrit, quâ Sæcularium, quâ Regularium Collegia, priſtino religionis nitori reſtituit, aliaque plura æuiternis Encomijs longè digniſſima præſtitiſſet, niſi fatalis Pandoræ pyxis nouiſſimas Germaniæ calamitates paſſim effudiſſet. Sed quid pluribus exequar inclyti ac generoſi

animi veſtri dotes? Longum hercle ſit ſigillatim recensêre:

Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit vnda,
Ante deſcendet glacialis Vrſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur,
Quum tuas laudes populi quieſcant.

Non eſt ergò, quod laxatis quaſi habenis per tot virtutum decora diſcurram, qui ſciam eam Celſitudinis Veſtræ Ill^mæ innatam eſſe modeſtiam, & animi in omnibus moderationem, vt laudum præconia ipſi alioqui debita, ſoleat delibare parciſſimè veriùs dixerim omninò recuſare. Accipiat itaque inclyta humanitas veſtra in hac commoda ſuæ legationis occaſione, atque gratiſſimo ſuo ad nos tranſitu, quantulumcumque hunc ſtudij mei Libellum, læto vultu, eumq́ue ſic potè æſtimet, vt ſolet fida clientum ſuorum obſequia, inter quæ vt mea, ſi tanti ſunt, annume-

ret

ret & referat, vnicè habeo inter votiua. In quo deſino, Deum enixis precibus rogans vt Celſitud. V. Illuſtriſſimam bono Eccleſiæ ſuæ diutiſſimè florentem atque incolumem ſeruet, eiusque conſilia & pios conatus in omnibus proſperet, & ad optatutum ſcopum perducat. Leodio 6. Idus Februarij, Anno à partu virgineo M. DC. XXXII.

Ill^mæ & R^mæ Celſit. Veſtræ,

Humillimus ac Deuotiſſ. Cliens

IO. A CHOKIER, *Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, ac Vicarius in Spiritualibus generalis Leodienſis.*

IN ELVCVBRATVM DE BENEFICIORVM PERMVTATIONIBVS SYNTAGMA,

CÆTERAQVE OPERA REVERENDI AC NOBILIS DOMINI IOANNIS à CHOKIER, Canonici, ac Generalis Ser^mi^ Principis & Epiſcopi in Spiritualibus Vicarij, quæ extant vulgata.

EXere ſecūdis, euge, volucribus caput,
In lucis oras auſpicatū fer gradum; ô
Illuſtre molimētū, ſonora induſtria,
Decore ſudor, maximo CHOKIERIO
Inter catenatos labores, & latus
Circum-ſtrepens immane curarum mare,
Pernocte fluxu, perdioq́ʒ defluens.
Nil à Theonis dente mordacis tibi,
A Zoilorum nil pauendum faſcino.
Ex officinâ quippe prodis illius,
Qui perſpicacis diuitatus ingenî
Dotibus, & Auſonijs recoctus ſolibus,
Nil publici iuris facit, nil in Virûm
Volas ſinit volare, quod morſos diu
Non ſapiat vngues, millies quod redditum
Incudibus non edolatum ſit fabrè.

Ad

Ad amœna cuius ſcripta, Momo palpebræ
Vt Noctuæ ad Titanias hebent faces.

POLITIA *nãque libris* POLITA *bis tribus,* Libri ſex Politic.
Prudentiæ CIVILIS *offertum penu,*
Quæ varia varijs præla laſſauit locis,
Quàm principanti rupe Tarpeîa fuit
Accepta PAVLLO*! quàm triumphali ſono* Paulo V. P. M.
Applauſit illi Litteratorum Chorus!
Viuitq́; nunc perennitatis in ſinu.

ROMANA *ſcito* PRAXIS *emergens ſtilo* Cõment. in Reg. Cancel. Apoſtoll.
Medulla Apoſtolicæque Cancellariæ,
Punctum eruditionis omne vindicans,
Ei Gregorianum *nomen auguſtũ gerens,* Gregor. xv. P. M.
Voluentium digitos pererrat perpetim:
Et aucupi Latialis elegantiæ
Validè ſaliuam quot diebus commouet,
Et Architecto adoream plectit ſuo.

Ad Cæſaris Preces, *peritæ indagines,* Cõment. ad prec. Cæſar. Trib. Elector. Eccleſia. dicata.
Et dexterè tornata Commentaria,
Triumvirûm ſuperba ſignis Principum,
Vrbemque *& Orbem laude cõplêrunt ſuâ.*
Quæ curioſo ventilata lumine,
Quãtum Cathedra Sancta *iuris* Cæſari
Indulſerit quondam, edocènter eruit.

Vetera *nepotum Romuli* Numiſmata, De re nummaria vet. Roman.
Æruginoſis euoluta ſordibus,

Nouiſq; prompta ſæculo nitoribus
Recreant tuentes; & politorem ſuum
Splendore famæ nobilis felicitant.
Vindiciæ libert. Eccleſiaſticæ.
Eccleſiæ *defenſa* Libertas *quoque,*
Locuples auitæ teſtis eloquentiæ,
Altiq; pectoris character an typus,
Legitur in vſum immunitatis debitæ, &
Audacis obſtruit ora peruicaciæ.
Pluresq; fœtus id genus tam fertilis
Genu vigent; lateq; per mundi plagas,
Chokierij *decus propagant nominis.*
Quod nullus animis eximet mortalium
Marcor dierum, vel ſenecta temporum.

F. MELCHIOR DAELHEMIVS, Conuent. Auguſtiniani Haſſeleti Prior.

A D

AD LIBRVM DE PERMVTATIONIBVS Beneficiorvm Clarissimi *Viri Domini* D. Ioannis a Chokier, *Canonici, ac Vicarij in Spiritualibus Generalis Leodien.*

HENDECASYLLABVM.

VT iuſtæ trutinam bilancis æquet
Permutatio munerum ſacrorum,
Chokieri cape formulam libelli,
Exacti ad canonem bonæ æquitatis,
Vrbis compoſiti ad ſtilum Quirinæ.
Huic magnum faueat Rotæ tribunal;
Hunc clauis probet, & decuſſo ſignum
Piſcatore hominum annulo notatum.
Sic nec ſacrilegus cupido vellet
Legum oracula; nec Magus bidental,
Quem ſtrauit trifidæ procella flammæ,
Petri fulmineâ vibrata dextrâ,
Sparſo viſcere, ſurget à ruinâ.
Sed qualis facies micabat orbis,
Cùm nondum aurea nouerat vetuſtas
Aurum, Cerbereâ erutum cauernâ,

Doctum

Doctum gignere Martiale ferrum:
Cum ſiccâ Cerere vuidum Lyæum,
Et priuo gemmas oues iuuenco
Mutabat Corydon, rogante Mopſo,
Ignotæ fugiens notas monetæ:
Tale Eccleſia ſæculum reducet
Vrbe, & terra Eburone, & Orbe toto,
Expulſis procul artibus malignis,
Et certamine litis æuiternæ.
Sanctè ſpondeo, ſancioque cautum:
CHOKIERI ingenij expolitus arte
Promiſſis faciet fidem libellus,
Si certam illius aſſequâre libram.

Ad Eundem.

Monumenta crebra, docta, clara, inſignita,
Venêre noſtras, à tua manu, in manus,
Et ſibi fauentem, (teſtis eſt, quiſquis bonus)
Videre ſolem: ÇHOKIER Leodij
Patriaq́ȝ noſtræ lumen haud ignobile.
Opinor; omnes quotquot illa voluerint
Phœbum, Camœnas, Themidis & ſectam integram
Tecum putabunt viuere: at miri nihil.
Generoſa quærit pectora, nec humile, poteſt
Habitare ſedem illuſtris aſtræa cohors.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM:

ET IMPRIMIS PARTIS PRIMÆ, IN QVA TRACTATVR DE PERSONIS quæ auctoritatem præſtant permutationibus; deque ijs qui ſunt vocandi, & denique inter quas perſonas expediantur permutationes, & Capitibus conſtat quatuor & triginta.

Cap. I. *Quid permutatio? quæ actio ex illa oriatur; & an ius ad rem virtute gratiæ expectatiuæ vel aliûs gratiæ cum beneficio permutari queat: & quid de poſſeſſore beneficij incompatibilis, an primum commutare poſsit: deq; permutante verum beneficium cum beneficio de pertica.*

Cap. II. *Auctor permutationum Papa, vel Ordinarius: alioqui ſunt ſimoniacæ.*

Cap. III. *An expediri poſsint permutationes coram Ordinarijs etiam in menſibus reſeruatis per Concordata Germaniæ?*

Cap. IIII. *Vtrum gratia expectatiua data Titio, cùm primum per ceſſum vel deceſſum vacauerit intelligatur, vel capiat beneficium reſignatum ex cauſſa permutationis?*

Cap. V. *An regula Cancellaria* de Infirmis reſignantibus *locum habeat etiam in permutatione apud*

apud Ordinarium facta?

CAP. VI. Inferiores ab Epiſcopo an poteſtatem auctorandi permutationes habeant?

CAP. VII. Officialis vel Vicarius Epiſcopi num permutationes expedire poßit?

CAP. VIII. Capitulum Sede vacante an auctoritatem permutantibus præſtet?

CAP. IX. Vtrum Legatus poßit permutationes expedire?

CAP. X. An Epiſcopus exiſtens in Rom. Curia permutantibus auctoritatem præſtet?

CAP. XI. Epiſcopus an facultatem auctorandi permutationes alteri delegare poßit?

CAP. XII. Epiſcopus auctor eſſe debet permutationis etiam eorum beneficiorum quorum inferiores ſunt collatores.

CAP. XIII. An Coadiutor Epiſcopi cum futura ſucceßione, beneficiorum reſignationes & permutationes recipere poßit? & quid de Viſitatore dato à Papa?

CAP. XIIII. A quo auctoranda permutatio, ſi beneficia permutantium in diuerſis Diœceſibus exiſtant?

CAP. XV. An Abbas auctoritatem permutantibus præſtet?

CAP. XVI. Vtrum Præpoſitus, Archidiaconusve poſſit permutationes expedire?

CAP. XVII. An beneficia ex cauſſa permutationis renunciata debeant conferri intra ſex menſes?

CAP. XVIII. An permutatio quandoque licitè
queat

queat expediri ſine Superioris auctoritate?

CAP. XIX. *In permutatione conſenſus patronorũ, & eorum quorum intereſt interuenire debet: alioqui irrita erit non ipſo iure, ſed ope exceptionis. quid ſi conſentire Patroni nolint? & quid ſi Papa conferat cum derogatione Iuriſpatronatus?*

CAP. XX. *Vtrum præſumendum ſit patronum fuiſſe vocatum? & de ſolennitate extrinſeca, an illa præſumatur interueniſſe?*

CAP. XXI. *Num ſit vocandus patronus laicus ſi permutatio in Rom. Curia expediatur?*

CAP. XXII. *An ſubſiſtat permutatio cum conditione, Si Patrono placeat?*

CAP. XXIII. *An ſufficiat conſenſus maioris partis quorum intereſt conſentire?*

CAP. XXIIII. *Patroni præſentia & taciturnitas an pro conſenſu habeatur?*

CAP. XXV. *An conſenſus eius patroni requiratur de cuius iure conſtat tantum per multiplicatas præſentationes. Item de probatione Iuriſpatronatus.*

CAP. XXVI. *Epiſcopi an permutare poßint ſuos Epiſcopatus, & cuius auctoritate, & quid in Abbate?*

CAP. XXVII. *An Prælati duarum Eccleſ. Colleg. rectè permutent?*

CAP. XXVIII. *De ætate permutantibus requiſita. Papa ſuper ætate diſpenſat, non Ordinarius.*

CAP. XXIX. *Furioſi & mente capti qui permutent.*

CAP. XXX. *Filius Clerici habens beneficium in Eccleſia in qua pater aliud obtinet, an poßit cum*

alio

alio commutare?

CAP. XXXI. *Vtrum permutatio facta cum illiterato ſubſiſtat?*

CAP. XXXII. *Accuſatus vel inquiſitus de crimine ob quod venit priuandus, an pendente iudicio accuſationis vel inquiſitionis rectè permutet?*

CAP. XXXIII. *An cum Irregulari vel Excommunicato facta permutatio ſubſiſtat?*

CAP. XXXIIII. *Vtrum Exempti poßint ſua beneficia coram Epiſcopo permutare?*

CAP. XXXV. *Vtrum duobus beneficijs in Gallia cõmutatis in qua volunt Galli Regem vacante Ordinariorum Sede iure Regaliæ beneficia conferre, ſi poſt admiſſam renunciationem poſſeßio non ſit capta antequam Regalia, vt loquuntur, ſint aperta, vacent iure Regaliæ?*

QVÆSTIONES PARTIS SECVNDÆ, IN QVA TRACTATVR DE quibus beneficijs iniri poſſit permutatio: item de cauſſa, deque modo permutationis: & conſtat quatuor & triginta Capitibus.

CAP. I. *Permutatio in proprijs tantùm beneficijs conſiſtit; & de permutatione qua quis renunciat ſuo, vt compermutans cedat ſuum tertio.*

CAP. II. *An permutatio beneficiorum reſeruatorum coram*

coram Ordinarijs ſubſiſtat?

CAP. III. *Permutatio beneficiorum reſeruatorum facta coram Papa ſuppreſſa reſeruatione an ſubſiſtat? & quid in Exemptis?*

CAP. IIII. *Permutatio an ſubſiſtat ſi permutantes nullam fecerint mentionem qualitatis beneficiorum? & de clauſula* Motus proprij.

CAP. V. *An permutantes coram Papa, vel Legato aliorum beneficiorum quæ poſsident mentionem facere debeant?*

CAP. VI. *An præſtimonium cum beneficio Eccleſiaſtico permutari poſsit, & quid de* Hoſpitali?

CAP. VII. *Commendæ an cum beneficijs commutentur?*

CAP. VIII. *Beneficia vnita an permutentur?*

CAP. IX. *Vtrum beneficia manualia rectè permutentur?*

CAP. X. *Quid in Electiuis beneficijs?*

CAP. XI. *Poſſeſſor beneficij curati antequam Sacerdotio initietur, an intra annum cum beneficio ſimplici permutare poßit?*

CAP. XII. *An beneficia patrimonialia queant permutari: & quid de titulo patrimonij?*

CAP. XIII. *Promotus ad ſacros Ordines ſub titulo patrimonij, an admittatur ipſius tituli fungentis vice beneficij permutatio cum Eccleſiaſtico beneficio?*

CAP. XIIII. *Vtrum Iuspatronatus cum quacumque re permutari poſsit?*

CAP. XV. *An diſpenſatus vt intra certum tempus*

vnum dimittat, poſsit illud cum altero permutare: & quid in diſpenſato ad duo incompatibilia?

CAP. XVI. *Poſſeſſor duorum incompatibilium vigore permutationis, an ipſo iure alterutro priuatus exiſtat?*

CAP. XVII. *Plura beneficia cum vno, & è contrario, an permutari valeant, & quid in beneficijs curatis?*

CAP. XVIII. *Num penſio cum beneficio Eccleſiaſtico commutari poſsit?*

CAP. XIX. *An ſic iniri poſsit permutatio, vt præter beneficium dandum debita compermutantis exoluantur, vel expenſæ refundantur?*

CAP. XX. *Optio in beneficijs permutatis an locum habeat?*

CAP. XXI. *Cauſſa ſufficiens ad permutandum quæ dicatur.*

CAP. XXII. *De pactis præambulis in permutatione: & de expenſis factis cauſſa beneficij.*

CAP. XXIII. *Permutatio inita inter duos hac lege, vt ſi alterutrum beneficium eſſet penſione grauatum, is cuius erat ante permutationem, illam penſionem ſolueret, an ſit ſimoniaca? & quid ſi ob inæqualitatem fructuum alteri reſeruetur penſio cum pacto vt ſtatim redimatur?*

CAP. XXIIII. *Conſtitutiones Pij IV. & V. ſuper Confidentia beneficiorum editæ, an locum etiam habeant in permutationibus?*

CAP. XXV. *Renunciatio beneficij ex cauſſa permutationis facta ad fauorem tertij an ſubſiſtat?*

CAP.

CAP. XXVI. *In permutatione an ſufficiat tacitus Epiſcopi conſenſus?*

CAP. XXVII. *An promiſsio de permutando quæ tranſijt in obligationem, irritam poſtea reddat permutationem?*

CAP. XXVIII. *An in permutationibus locum habeant Annatæ?*

CAP. XXIX. *An ſit ſimonia ſi Ordinarius conferat beneficium, ex cauſſa permutationis renunciatum alteri compermutantium, cum pacto quod detur dimidia pars fructuum collatori, vel cuidam tertio, aut compermutanti?*

CAP. XXX. *An in beneficijs reſignatis ex cauſſa permutationis ſit faciendum examen per concurſum?*

CAP. XXXI. *Turnus an conſumatur ex collatione ex cauſſa permutationis?*

CAP. XXXII. *Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium, an comprehendat beneficia vacantia ex cauſſa permutationis?*

CAP. XXXIII. *An beneficium verbo collatum per S. Pontificem, poſsit à collatario cum alio commutari?*

CAP. XXXIIII. *Ignorantia in caſu iſtius cap. excuſat permutationem à ſimonia.*

QVÆSTIONES PARTIS TERTIÆ QVÆ CONTINET IMPEDIMENta, quæ obſtant permutationibus, cum quibuſdam Miſcellaneis: & conſtat Capitibus quadraginta quatuor.

CAP. I. *QVibus indicijs & coniecturis fraudulenta arguatur permutatio, & quid de permutatione beneficij pinguis cum tenui?*

CAP. II. *Permutatio an ſubſiſtat vt compermutans ſuppleat inæqualitatem beneficij fructibus beneficij permutati, vel aliqua alia re temporali?*

CAP. III. *Permutatio beneficij cum illius retardatis canonibus facta cum altero beneficio an ſit valida?*

CAP. IIII. *An ſubſiſtat permutatio eo animo inita, vt alter permutantium permutationem non impleat, ſed vtrumque beneficium retineat? & quædam de pluralitate beneficiorum.*

CAP. V. *In permutationibus beneficiorum an ſit locus remedio l. 2. C. de Reſcind. vendit. & quid in minore permutante?*

CAP. VI. *An Ordinarius poßit recipere permutationem ſic inter duos factam, vt alteri per commutationem beneficij pinguis cum tenui non remaneat vnde commodè ſeſe ſuſtentare poſsit?*

CAP. VII. *Num penſio conſtitui poſsit propria auctoritate ſoluenda ei qui beneficium permutauit*

maioru

maioris valoris cum pacto anticipatæ ſolutionis.

CAP. VIII. *Vtrum beneficij litigioſi ſubſiſtat permutatio?*

CAP. IX. *Permutantes vtrum poſt renunciationem hinc inde factam habeant regreſſum ad ſua beneficia?*

CAP. X. *An permutantes ad ſua regredientes beneficia, fructus interim perceptos & conſumptos, teneantur reſtituere, vbi alter permutantium plus altero accepit?*

CAP. XI. *Petenti beneficium ex cauſſa permutationis, an neceſſe habeat probare compermutantem ius ad illud habuiſſe?*

CAP. XII. *Vtrum permutans pulſus de poſſeſſione habeat interdictum reſtitutionis?*

CAP. XIII. *An compermutanti competat interdictũ recuperandæ contra tertium qui illum ſpoliauit poſt expeditam permutationem.*

CAP. XIIII. *Permutanti an obſtet exceptio ſimoniæ petenti reuocationem attentatorum?*

CAP. XV. *An regula Cancellariæ* de Publicandis reſignationibus, *locum habeat in reſignatione facta ex cauſſa Permutationis?*

CAP. XVI. *Conſtitutio Pij V.* de Confidentijs *locum habet tam in ſimplicibus, quàm in permutatis?*

CAP. XVII. *An beneficium dicatur vacare ob non publicationem quando ille qui publicare tenebatur deceſsit infra tempus publicandi? & quid ſi facta permutatione vnus permutantium non publica-*

blicauerit, an quoad alterum ſubſiſtat permutatio? denique, an facta renunciatione ex cauſſa permutationis, ſi alter compermutantium moriatur in partibus ante collationem ipſi factam, vacare cenſeatur beneficium in Curia?

CAP. XVIII. *Vtrùm ſi Papa conferat alicui beneficium, & in ipſa gratia apponit decretum quod infra ſex menſes dimittat in ſuis manibus primum beneficium, an ſatisfaciet dicto decreto permutando dictum beneficium cum alio, vel reſignando in fauorem alterius?*

CAP. XIX. *An Regula Cancellariæ de* Impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium *comprehendat beneficia renunciata ex cauſſa permutationis?*

Cap. XX. *An reſignans ſeu renuncians ex cauſſa permutationis gaudeat beneficio Regulæ de Triennali ſi in poſſeſſione per triennium remanſerit?*

Cap. XXI. *Coadiutoria temporalis auctoritate Ordinarij conceſſa, non impedit quo minus reſignare vel permutare poſſit.*

Cap. XXII. *Vnus à duobus permutare volentibus conſtitui Procurator poteſt.*

Cap. XXIII. *An generale mandatum ſufficiat ad renunciandum ex cauſſa permutationis.*

Cap. XXIIII. *Procurator ad permutandum datus cum iuramento de eo non reuocando, an poſtea reuocari poſſit? Item, an liceat recedere à Concordiâ in beneficialibus ante Papæ beneplacitum?*

Cap. XXV. *Quid ſi Procurator conſtitutus ad permutan-*

mutandum anno demum exacto poſt conſtitutionem permutet? & quid ſi moriatur principalis ante expeditionem litterarum?

Cap. XXVI. *Vtrum beneficia vacent in Prouincia in qua facta eſt Procuratoris conſtitutio, an verò in qua Procurator moratur?*

Cap. XXVII. *An laicus conſtitui poſsit Procurator ad expediendam permutationem? & de reuocatione Procuratoris ante expletam permutationem.*

Cap. XXVIII. *An diſpoſitio Concilij Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. ſtatuentis faciendam eſſe mentionem beneficij ad cuius titulum quis eſt ordinatus habeat locum in permutationibus beneficiorum?*

Cap. XXIX. *An Regula Cancellariæ de Beneficijs vacaturis per promotionem obtineat in permutatione?*

Cap. XXX. *Habens beneficium, & expectatiuam ad aliud cum conditione, vt cùm primum gratia ſortietur effectum, debeat primum beneficium dimittere, an poſsit illud permutare antequam gratia ſuum effectum ſortiatur?*

Cap. XXXI. *Vtrum permutatio beneficiorum ſit fauorabilis, & extendenda?*

Cap. XXXII. *A quo tempore reſignans ex cauſa permutationis deſinat facere fructus in beneficio permutato?*

Cap. XXXIII. *An liceat permutantibus recedere à tractatu permutationis, non obſtante pacto ad perſeuerandum in permutatione, & an tale pactū ſit Simoniacum?*

Cap. XXXIIII. *Promotus ad Parochialem, qui in-*

tra

IOANNIS A CHOKIER LEODIENSIS, I.V. DOCTORIS

TRACTATVS DE PERMVTATIONIBVS BENEFICIORVM.

CAPITIS PRIMI SVMMARIVM.

1. *Operis Partitio.*
2. *Quid ſit Permutatio.*
3. *Quæ actio ex Permutatione naſcatur.*
4. *Definitio Permutationis beneficiorum.*
5. *Litteræ expectatiuæ, ſeu ius ad rem virtute expectatiuæ permutari nequeunt cum beneficio alterius.*
6. *Expectatiuæ non egrediuntur perſonas quibus conceſſæ ſunt.*
7. *Præſentatus vel nominatus ad aliquod beneficium, vel etiam admiſſus ad Parochialem Eccleſiam per concurſum, vel etiam electus permutare cum alio beneficio non poteſt.*
8. *Ius ad beneficium virtute expectatiuæ competens reſignari nequit.*
9. *Fallit niſi facta eſſet Reſignatio coram Papa qui admitteret reſignationem habita ſcientia expectatiuæ cum derogatione.*

10. *Permutatio facta per procuratorem conſtitutū tempore quo conſtituens non erat Dominus beneficij non valet, licet tempore permutationis eſſet dominus.*
11. *Habens ius ad beneficium non poteſt cum habente ius in beneficio, vt nec duo habentes ius ad rem ſua iura ad inuicem commutare.*
12. *Poſſeſſor ſecundi beneficij incompatibilis, non poteſt primum cum alio commutare.*
13. *Poſſeſſor beneficij quo venit per delictum priuãdus, an illud cum alio permutare poßit?*
14. *Habens ius ad rem virtute expectatiua vel nominationis aut electionis, non rectè cum alio beneficio commutat.*
15. *In permutatione res vtrique permutantium fieri debet propria.*
16. *Papa non ſolet hodie expectatiuas dare, & ſi concedat valida erunt.*
17. *Mandatum de prouidendo de tali beneficio, beneficium ſic afficit, vt non poßit per eius poſſeſſorem permutari.*
18. *Per reſignationem ex cauſſa permutationis inducitur vera vacatio.*
19. *Limitatur diſpoſitio cap. 1. de rer. permut. in 6.*
20. *Non ſubſiſtit veri beneficij permutatio, cum beneficio de pertica, ſeu alio fictitio beneficio.*
21. *Permutationes cum beneficio de pertica ſeu fictitio fraudulentæ & ſimoniacæ iudicantur per conſtitutionem Pij IIII.*

PERMV-

PERMVTATIONIS contractus vt vetuſtiſsimus: ita non infrequens eſt ijs maximè rebus quæ mancipio dari nequeũt, cuiuſmodi ſunt Sacerdotia quæ vulgo beneficia cupantur. Ego, quia in his plerumque ucinantur animi permutare cupientium, breui quàm explicata methodo totam eriam permutationis hoc opuſculo comtar. Diuidam itaque tractatum in tres ſe- 1.
nes ſiue partes, in quarum prima de peris agemus quæ auctoritatem præſtant pertationi; item de ijs qui ſunt vocãdi in actu mutationis, denique inter quas perſonas ediantur permutationes. Secũda parte traitur de ijs beneficiis de quibus iniri ſolet, oteſt permutatio, deque cauſa & modo mutationis. Tertia verò de Impedimentis obſtant permutationi, in qua etiam inſetur miſcellanea. Eſt autem Permutatio cõ- 2.
tus innominatus *l.1.ff.de rer. permut.* iſque æ fidei *§.actionũ.Inſtit.de actio.* quo certæ reſpecies cum ſpeciebus cõmutantur. *l.7.C.de permut.* Naſciturque ex eo contractu vt & 3.
liis innominatis actio Præſcriptis verbis *l. ss.d.t.l.1.ff.eod.* qua agi poteſt vt vel fides citi ſeruetur, vel id quod intereſt (cuius æ- natio arbitraria eſt *Cuiac.in Parat.*) permuonẽ peragi præſtetur *l.1. & 4.C.d.t.* quamım etiam agi poteſt ad reſciſsionem contra-

ctus quaſi cauſa non ſecuta: vt Impp. Dioclet. & Maxim. reſcripſerunt *in l. quoniam l. cum precibus C. d. t.* Dixi in definitione certas ſpecies. Vt enim in emptione merx certa certumque pretiũ interuenire debet *§. pretiũ Inſt. de emptio. & vend.* ita & in permutatione quæ huic aſsimulatur certa res adeſſe debet. Sed quia hæc definitio ſiue deſcriptio nimis generalis eſt, aptarique poteſt ad res quãtumcumque temporales, libet eam ſic definire. Permutatio eſt vnius
4. iuris beneficij cum altero ex cauſſa & de conſẽſu ſuperioris vicaria præſtatio. Vnius inquã iuris iam acquiſiti, & quod in re, hoc eſt, in beneficio & non ad rem ſeu ad beneficium habet, *Geminia. in cap. 1. de rer. permut. Nicolaus Delphinas de Iure patro. lib. 2. q. 21. nu. 165. Flam. Pariſ. de Reſig. ben. l. 2. q. 21. & 23. Nicol. Garcia tract. de Beneficiis part. 11. cap. 4. nu. 17.* & tale ius in re ſeu beneficio quamuis non ſit adepta illius poſſeſsio poteſt cum beneficio permutari. *Prob. ad monach. in cap. licet Epiſcopus, de Prebend. in 6. Coraſ. de benef. cap. 9. nu. 1.* quod ſecus eſt de iure ad rem,
5. *Flam. Pariſ. d. quaſtio 21. & 23.* Hinc fit vt litteræ expectatiuę vel ius quod quis habet ad rem ſeu beneficium virtute expectatiuę, cum beneficio alterius permutari non poſsint, etiam cum auctoritate ſuperioris: quia permutatio beneficiorũ iam quæſitorum, non quærendorum permittitur, *iuxta c. 1. ibi ſua beneficia de rer. permut. Nauar. conſil. 43. nu. 2. de Simonia*; & ratio eſt quia rei

certæ & propriæ non alienæ permutatio
:t. *d.l.1. & d.c.1.* beneficiū autē expectatū, nō
:xpectantis *Geminia. ad d.cap. vnicum nu. 7. de*
permut. Nauar. conſ. 43. nu. 2. de Simonia: præ- 6.
quam quod huiuſmodi Iura perſonis tan-
i quibus conceſſa ſunt conueniunt, eaque in
s non cadunt, nequeantque ad alios tranſi-
. *cui de non Sacerdotali de præbendis in 6. Azo-*
lib. 7. Inſtit. moral. cap. 29. Redoanus de Simonia
.3. c. 12. nu. 11. Card. Tuſchus Pract. concluſ. tom.
ncluſ. 308. Milis Repert. verbo Permutare. Inde 7.
m fit quòd præſentatus vel nominatus ad
quod beneficium, vel admiſſus, vel appro-
us ad parochialem per concurſum, vel ele-
s, qui omnes dicuntur habere ius ad rem,
mutare cum alio non poſsit. *Zerola in praxi*
Cop. verbo Renunciatio. parte 2. §. 1. quod eiuſ- 8.
di iura reſignari nequeant *Boer. deciſ. 205. nu.*
lam. Pariſius lib. 2. de Relig. benef. quæſt. 10. Niſi 9.
ıen facta eſſet reſignatio coram Papa; qui
nitteret reſignationem habita ſcientia ex-
tatiuæ cum derogatione. *Flam. Pariſ. d. quæſt.*
5. Hinc etiam infertur vt permutatio facta 10.
procuratorem conſtitutum tempore quo
ſtituens non erat dominus beneficij non
eat, licet tempore quo procurator permu-
it eſſet dominus, *Rota deciſ. 17. & 26. de Pro-*
at. in antiq. Inſuper infertur quod habens 11.
ad beneficium cum habente ius in benefi-
, non poſsit ſuum ius permutare, vt nec

duo habentes ius ad rem. *Fred. de Senis de Permut.quæſt.13.*Infero quoque eum qui accepit ſe-
12. cundum beneficium incompatibile, non poſſe permutare primum cum alio ſimplici: quia vacat primum per adeptionem ſecũdi incompatibilis, ita vt non ſit amplius ipſius, *Leo. Leſſius tract. de Iuſt.& iure lib.2.cap.34. dubit.36.* qua de re latius ſcripſi *ad Reg. Cancell. Reg. 51. de diſpen. quoad incompatibilia*: Secus tamen erit ſi
13. dicatur vacare in pœnam delicti per quod venit priuandus, quia adhuc beneficium eſt ipſius quoad ius poſsidendi & fruendi, ideoque reſignare & permutare poterit, licet poſtea per ſententiam irritaretur eiuſmodi reſignatio & permutatio, *Leſſius d. c. 34. dub.35.* Infero deni-
14 que eum qui ius tantum ad rem habet virtute expectatiuæ vel nominationis, electionísve nõ rectè cum alio commutare, cùm beneficium illud hauddum ſit ſuum, *cap. Si tibi abſenti de Præbend. in 6. cap. cùm venerabilis de exceptio: d. l. 1.*
15. *§. 3.* vbi IC. ſcribit nullam contrahi permutationem ſi res aliena detur: neque enim datum videtur quod retineri non poteſt. *l. non quocunque modo. ff. de leg. 1. Nauar. d. conſil. 43. nu. 2.* atque hanc eſſe communem opinionem ſcribit P. And. Gammarus *in Repet. cap. vnici nu. 4. de rer. permut. P. Leo. Leſſius d. tract. de Iuſt. & iure lib. 2. c.*
16. *34. Dub. 36. nu. 199.* At enimuerò non ſolet hodie Papa expectatiuas indulgere: cùm quoad eius fieri poſsit intendat SS. Concilij Trid. diſpoſitionem

nem obſeruare : tametſi ſi concederet,de il-
um viribus haud dubitandum eſſet ; cùm
pa ſit ſupra Generale Concilium Tridenti-
m *cap. Significaſti 4. ante finem de Electio. ibique*
b. & DD. In mandatis autem de prouidendo 17.
ıibus Papa plerũque mãdat prouideri alicui
: certo beneficio vacãte vel vacaturo,dubita-
ır an eius poſſeſſore reſignante ex cauſa per-
ıutationis,poſsit nihilominus de eo prouide-
i habens eiuſmodi gratiam à Papa ? Affirmat
taphileus *de litt. gratiæ tit. de variis mod. vacat.*
ıu.15. hac ratione quòd per reſignationem ex 18.
:auſa permutationis inducatur vera tituli &
oſſeſsionis vacatio *cap. vnico de rer. permut.*
in 6. cap. inter cætera verbo debeat de Præbend. Ex
quibus colligitur caſus inquit Staphileus *d. lo-*
co nu.20. in quo beneficium vacãs ex cauſa per-
mutationis poteſt cõferri alteri quàm permu-
tanti. Nec obſtat *text. cap.1. de Rer. permut. in 6.* 19.
per quem diſponitur quòd expectantes Apo-
ſtolici non poſſunt acceptare beneficia ex cau-
ſa permutationis nec de illis ſibi facere proui-
deri : quia ille textus loquitur de expectanti-
bus ad beneficia incerta, nec debet habere lo-
cum in reſeruatiuo habẽte gratiam ad certum
corpus beneficij cùm primũ vacabit, cùm iſte
plus iuris habeat quàm ille qui expectat in ge-
nere,nec in ijs qui fraudulenter permutant ad
excludendum expectantem, qui veriſimiliter
expectabat beneficium opimum de proximo

vacaturum *Staphileus d.tit. nu. 24.* Sed hodie vt dixi omninò ſunt ſublatæ expectatiuæ, etiamſi illæ factæ ſint de conſenſu Ordinariorum, vt reſoluit S.Congregatio ad *Seſſ. 24. cap.19.* De-
20. nique ex dictis, præſertim ſub *nu.4.* infertur nō ſubſiſtere permutationem veri beneficij cum beneficio fictitio quod de Pertica nuncupant: quin etiam talem permutationem vti ſimonia-
21. cam & fraudulentam reprobauit Pius IIII. qui quoque locorum Ordinariis interdixit ne reſignationes ex cauſſa eiuſmodi permutationis cum beneficio de pertica ſeu quouis alio quocumque nomine ſic doloſè, & in fraudem nominato factæ vel faciendæ tanquam fraudulētas admittere præſumant. *In Conſtit. incip. Sanctiſſimus in Chriſto pater. ſub nu.36.* vt meritò Ampliſſimus ordo Pariſienſis eiuſmodi permutationes ceù fraudulentas & claudicantes reprobarit circumſcripſeritque teſte Paponio *lib. 2. Arreſto.tit.7. Adde Leſſium d.dub.36.nu. 200.*

Capitis II. Svmmarivm.

1. *Auctor permutationum regulariter Papa vel Ordinarius.*
2. *Simoniaca eſt beneficiorum permutatio facta propria auctoritate, & nu.18.*
3. *Ipſo iure beneficiis priuantur qui propria auctoritate ſua commutant beneficia.*
4. *Flaminij Pariſij improbatur opinio.*

5. *Verba*

Verba in Conſtitutionibus Papæ ſic ſunt accipiẽda ne ſint ſuperflua.

Ordinarij appellatione quis veniat.

Auctoritas quæ interuenire debet illius eſſe debet ſuperioris qui inſtitutionem & collationẽ habet.

In permutatione neceſſaria eſt beneficij renũciatio & exinde illius collatio: an expreſſa? & nu. 9.

Vbi permutatio non ſortitur effectum, opus eſt in regreſſu noua collatione.

In permutationibus beneficiorum exemptorum ſolus Papa auctoritatem præſtat. quod limita, vt nu. 12.

Ratificatio Superioris confirmat inutilem permutationem ob defectum Renunciationis.

Ordinarius vel alius ſuperior debet intra menſes ſex conferre vel ratificare.

Renuntiatio facta in manibus Notarij vel alterius habentis tamen mandatum qui recipiat nomine Superioris eſt valida.

Renunciatio coram non Superiore facta ſubſiſtit cum clauſula ſi Superiori meo placuerit.

Permutatio neceſſaria ſeu in vtilitatem Eccleſiæ valet non vocato patrono.

Permutatio ſine Ordinarij conſenſu nedum eſt nulla, ſed etiam ſimonia labe aſperſa, ex qua inducitur vacatio ipſo iure cum excommunicatione, ſecundum aliquos.

NON ſufficit permutantes Ius ad beneficia permutanda habere, ſed neceſſe eſt vt vel 1.
Papa

Papa vel Ordinarius auctoritatem præſtet, *cap. quæſitum de Rer.permut.* cùm regulariter prohibita ſit beneficiorum permutatio *d.cap.quæſitũ. cap.maioribus de Præben. Card.Tuſchus tract.Pract. concluſ.iuris tom.6.concluſ.303.* Imò ſimoniaca ſit
2. propria & nõ Superioris auctoritate facta permutatio, *Abb.in d. cap. quæſitum nu. 3. Card. Toletus in Sum.lib.5.cap.91.Leſſius lib.2. cap. 34.* ſuiſque beneficiis priuantur qui propria permutant
3. auctoritate, *cap.Cùm olim vbi Pet.de Peruſio nu.30. de Rer.permut.* & quidem ipſo iure per extrauag.Cùm deteſtabile de Simon. in pr. quæ videtur communis ſententia, vt fatetur P.Nauar. *de Reſtit.lib.2.cap.2. nu. 410.* licet ipſe contrariũ teneat citans Couar. *lib.2.Var.cap.5.nu.3.in fi. & nu.5.*& Nauar.*cap.23.nu.105.* qui tamen hoc non dicunt. Sed ſentiendum eſt cum eruditiſſ. P. Leſsio *d.tract.de Iuſt.& iure lib.2. cap.35. Dub. 4. nu.30.* eiuſmodi permutationem non eſſe propriè ſimoniacam, ſed tantum generali ratione & imitatione quadam: nam propriè ſimonia eſt cùm datur temporale pro ſpirituali, vt docet Sotus *lib.9.q.5.art.1.& q.7.art.2.* longè enim aliud eſt genus irreuerentiæ cùm datur ſpirituale pro temporali, aliud dum ſpirituale pro ſpirituali contra præceptum Superioris. Ideoque non obſtante opinione P.Nauar. loco citato, cenſuerim propria permutantes auctoritate non incurrere pœnam priuationis ipſo iure, licet actus eorum ſit irritus: ac proinde ſicut

propria auctoritate ſua beneficia commu-
nt : ita ſua auctoritate ad propria redire
erunt beneficia. Poſſunt tamen, inquit idē
sius *d.cap.35.Dub.17.* à Superiore per ſenten-
n priuari in pœnam illius criminis *cap. cùm*
i de Rer. permut. licet non amittant ipſo fa-
, nec incurrant cenſuras. Porrò licet Flam.
iſ. *tract. de reſig. benef. lib. 5. q. 6. nu. 131.* velit 4.
dinarios non poſſe recipere beneficiorum
mutationes propter Conſtitutionem 42.
V. quæ ſuſpendit facultates Ordinariorum
ipiendi reſignationes & permutationes be-
iciorum quoad vſque fuerit data forma,
eiuſmodi ſuſpēſio ſublata videatur quo-
permutationes per aliam dicti Pij V. Con-
utionem videlicet 58. quæ incipit, *quanta*
leſiæ, quæ formam dat tantùm reſignationi-
s, attamen ego planè cenſuerim non ſubla-
n eſſe, imò nec ſuſpenſam per dictam Con-
tutionem 58. Ordinariorum facultatem, ne
deātur verba iſta dictæ Cōſtitutionis ſuper-
a *Adhac beneficiorum, &c.* quæ dat facultatem 5.
rdinariis recipiendi permutationes benefi-
orum. Siquidē nihil debet eſſe ſuperuacuum
conſtitutione Pontificis, imò nec verbum
bet eſſe ſine virtute, vt ſcribit Mandoſius *ad*
g. 9. Cancell. quæſt. 2. nu. 3. atque hanc meam o-
nionem probat Cerola in praxi Epiſc. *1. part.*
verb. Renunciatio. dub. 1. Gonzales *ad Reg. Can-*
l. 8. glo. 14. nu. 32. & ſeq. Vgolinus de Simonia tab.
1. cap.

1.cap.27. §. 3.nu.2.& Cechus de Repub. Eccleſiaſtica cap. de Beneficiatis, nu. 8. & alij quos citat Nicol. Garcia tract.de Benef.part.11.cap.4.nu.63. Nec officit quod per dictam Conſtitutionem nullam dedit formam Permutationibus: quia id reliquit Iuris communis diſpoſitioni, de qua a-
6. gemus parte 2. cap. 20. Igitur ad propoſitum, quærendum eſt qui veniant appellatione Ordinarij? dico primò quod Epiſcopus *Anton.de But.in cap.conſultationibus de Iure patron. glo. in c. Ordinarij de Off.ord.in 6.Abb.& alij in d.cap.Quæſitum Coraſ.de Benef.lib.1.cap.9.nu.3.Tuſchus cõcluſ. 304.littera P.Nicol.Garcia de benef.part. 5. cap. 4. nu. 4.* Nam ſicuti Papa, ita & Epiſcopus in ſua Diœceſi eſt Vicarius Ieſu Chriſti. *cap. mulierem 30.q.5.clem. Si quis ſuadente de pœnitentia ibi. Epiſcopis.* Item omnes illi Prælati qui ius habent conferendi, inſtituendi & à beneficio quoque Clericos amouendi: cuiuſmodi ſunt Abbates, & alij Prælati Epiſcopis inferiores, qui Epiſcopalem iuriſdictionẽ ex cõſuetudine vel priuilegio habent, & nulli ſunt Epiſcopo proximè ſubiecti, *Panor.in cap.Quæſitum de Rer.permut. nu.4.& in cap.cum ex iniũcto de Hæret.Rota Deciſ. 398. Coraſ. tract. de off.elect.& dig.Eccleſ.c. 9.* Et
7. auctoritas quæ interuenire debet, illius debet eſſe Superioris qui Eccleſiarum & beneficiorum permutandorum inſtitutionem ſeu collationem habeat *arg.cap. ad hoc §.fin.de offic.Archidiac. & cap. ſuper eo. in fi. in verb. Præſentandus*

de

ffic. de leg. Redoanus tract. de Simonia. part. 3. c. nu. 4. quod ſi ad vnum pertinet electio, puta Canonicos, ad alium Confirmatio, neceſſa- requiritur conſenſus eorum qui habent e- ere ſecundum opinionem Io. And. *in d. c. ad glo. in cap. licet in verbo Collationem in fi. de permut. in 6.* Si verò collatio ſpectat ad Su- iorem & Capitulum, tunc requiritur con- ſus vtriuſque, neque poteſt Capitulum de r ſe. *c. cum olim c. vnico de maior. & obed. in 6. ſi cùm ſedes vacat, vt dicam infra cap. 6.* Quod ſi llatio nec confirmatio pertineat ad Diœce- ium, nihilominus illius auctoritas requiri- , etiamſi illorum ad quos pertinet benefi- orum prouiſio interuenerit auctoritas, *Milis Repert. verbo Permutatio beneficiorum.* niſi ta- m auctoritatem illi ad quos pertinet proui- habeant à Papa *Fred. de Senis tract. de Permut. qſt. 23. Rom. conſil. 398.* vel illam conſuetudinẽ erint adepti, *glo. & DD. in Clem. 1. de Reb. Ec- ſ. non alien. Leſſius tract. de Iuſt. & iure lib. 2. cap. . dubit. 36. nu. 196. in fine.* Adeundus ergo Or- narius: ita quidem vt permutare volentes nuncient ad eius manus beneficia: cùm alias 8.
n ſufficiat placitum contrahentium, nec E- ſcopi auctoritas, niſi de nouo conferat *text. Clem. vna de Rer. permut.* cùm à contrahenti- us ius dari nequeat, vt ſcriptum reliquit Ho- ien. *in cap. ex ore, de his quæ fiunt à maiore part.* ametſi autem ſint qui putent non eſſe opus noua

noua collatione expreſſa: quos refert Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 11. cap. 4. nu. 88.* cùm
9. ſtatim atque ex cauſa permutationis beneficia reſignantur, & ſuperior reſignationem admittit, videatur inuicem tranſtuliſſe in alterutrum abſque alia noua collatione, cùm habeat hæc admiſsio vim tacitæ collationis, vt ſcriptum reliquit Hieron. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. glo. 14. nu. 43.* Attamen verius ſecuriusque eſt vt poſt admiſſam reſignationem collatio ſubſequatur, vt idem ſubijcit *nu. 48.* cùm permutatio contineat in ſe duos actus, videlicet renunciationem, & permutationem, ſeu nouam collationem, vt dicit Boer. *deciſ. 2. nu. 16.* Flam. Pariſ. *de Reſig. lib. 11. c. 5. nu. 59.* & Staphileus *de litter. gratiæ cap. de variis modis vacat. nu. 10.* quod & probat Rota *deciſ. 393. incip. Nota reſignatio cum*
10. *ſeq. in antiq.* Vnde infertur quod ſi permutatio non ſortiatur effectum ob aliquod impedimentum ſuperueniens, opus ſit noua collatione, vt permutantes ad ſua redire queant beneficia, ne incurrant pœnam cap. Cùm qui de Præbend. in 6. atque ita legimus decidiſſe Rotã *in vna Gerunden. Præſtimonij 5. Iulij 1593. coram Rpd. litta, qua de re latius infrà dicam parte 3.* Et collatio ipſis fieri debet permutantibus; non aliis. quibus ſi conferrẽtur beneficia, nõ ſubſiſteret permutatio *Clem. vnica de Rer. permut.* Verũ quòd dicitur auctoritatẽ in his permutationum contractibus ab Epiſcopo præſtandam, intel-

tellectum habet in his Eccleſiis quæ ſuæ iu-
[ſ]dictioni ſubſunt,non etiam exemptis & ſo- 11.
Pontifici Romano ſubiectis. Harum enim
[pe]rmutationum auctor fieri debet S.Romanus
[Pr]æſul:quippe qui in locum Ordinarij quoad
[e]iuſmodi Eccleſias exemptas ſurrogatur *cap.*
[au]ctoritate de priuileg.in 6.Leſsius d.nu. 196. Ideo-
[q]ue hoc iure vtimur vt quod in Ordinario
[iu]re ſtatutum eſt,idem in ſummo Pōtifice de-
[fi]niatur cùm res in alterius locum ſurrogata
[e]odem iure cenſeri debeat,*l.1.C.de rei vxor. act.*
D.in l.ſi tum ff.Si quis cautio. Quamquam aliud 12.
[d]ecernendum foret ſi eiuſmodi Eccleſiæ eſsēt
[e]xemptæ tantum à iure Epiſcopi ſed ſubeſſent
[p]roprio Prælato vel Generali ſui ordinis:tum
[e]nim ſi proprius Prælatus habeat iuriſdictio-
[n]em Epiſcopalem priuilegio vel præſcriptio-
[n]e partam,is auctoritatem præſtabit: alioqui
[v]el Legatus vel Papa,qui ſunt Ordinarij Epiſ-
[c]oporum vt prædixi. Porrò quod dictum eſt 13.
[r]enuntiationem eſſe neceſſariam,nec ſufficere
[p]lacitum contrahentium vt ſubſiſtat permu-
[t]atio, intellectum habet niſi per Ordinarium
[v]el Superiorem fuerit poſtea pro rato habita
[ſ]eu ratificata; ita Card.Zabarella *in Clem. 2.nu.*
7.de Renuntiat.Hoſtienſ.in cap.ex tranſmiſſa nu. 3.
[e]od.Ant.de But.in cap. quod in dubiis nu. 5. eod. tit.
[R]ota deciſ.3 in fin. de Renuntiat. modo tamen in- 14
[t]ra ſex menſes eiuſmodi ratificatio ſubſequa-
[t]ur: nam ſi intra id tempus ſuperior non con-

ferat

ferat beneficium, vel reſignantem ad beneficium redire non compellat, deuoluitur poteſtas conferendi ad proximè ſuperiorem, *Rota deciſ. 8. de Renuntiat. nu. vlt. in antiq. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 7. quaſt. 1. nu. 55. qua de re ſuo*
15. *loco dicemus infrà cap. xvij.* Secundò limitari poteſt dicta regula illam non procedere quoties fuit facta permutatio vel reſignatio in manibus alicuius mandatum tamen habentis qui recipiat nomine ipſius Superioris puta in manibus Notarij vel alterius, *Bellam. in ca. 2. de Reſtit. Menoch. de Recuper. poſſ. remed. 1. nu. 277. in fin.* & eſt communis opinio inquit Flam. Pariſ. *d. quaſt. 1. nu. 57. & 58.* Tertiò & poſtremò, limita niſi in permutatione vel reſignatione dictum fuerit, *Renuntio huic beneficio ſi Ordinario meo cuius conſenſus requiritur placuerit*: nam hoc caſu valere reſignationem ſcripſit Felij. *in cap. Cùm contingat nu. 16. de officio deleg. Flam. Pariſ. d. quaſt. 7. nu. 61.* quod tamen ſublimita, niſi Ordinarius in Vrbe tempore initæ permutationis moraretur, tum enim ceſſat illius auctoritas & iuriſdictio, *vt not. Abbas in clem. fin. Vt lite pend. Ze-*
16. *rola in praxi Epiſcop. verbo Renunciatio.* Verum, quid ſi renunciatio fiat coram patrono laico? Reſpondendum non ſubſiſtere: cùm ſit facienda coram Superiore Eccleſiaſtico cum conſenſu patroni laici, *Ant. de But. in cap. vlt. nu. 5. Abb. nu. 3. de Renunciat. But. deciſ. 412. nu. 2. lib. 1. Crauet. conſil. 82. nu. 3. Flam. Pariſ. lib. 7. quaſt. 9. nu. 14.* niſi

ſit permutatio ob neceſsitatem Eccleſiarum, quo caſu non requiritur cõſenſus patroni, *Mãdoſius ad Reg. Cancell. 32. de Impet. ben. vac. per obitum Fam. Card. quaeſt. 9. nu. 4.* qua de re poſtea latiùs dicemus infra cap. xix. Denique ex his quę dicta ſunt efficio, adeò requiri Ordinarij auctoritatem in permutationibus expediendis, vt ſine ea nedum nullæ, ſed etiam ſimoniacæ efficiãtur, vt prædixi, etiamſi nulla interuenerit pecunia, vel nihil pecunia æſtimabile, *glo. in cap. cùm olim 7. de Rer. permut.* quod & ipſe Angelicus Doctor D. Tho. teſtatur *in ſumma 2. 2. quaeſt. 100. art. 1.* vbi in reſpon. ad arg. 5. ſic inquit: Nomine emptionis & venditionis intelligitur omnis contractus non gratuitus: vnde nec permutatio præbendarum vel Eccleſiaſticorum beneficiorum fieri poteſt auctoritate partium abſque periculo ſimoniæ: poteſt autem Prælatus ex officio ſuo permutationes huiuſmodi facere pro cauſſa vtili vel neceſſaria. Ita ille. Ratio eius rei reddi poteſt quod etiamſi pecunia non interueniat, titulus tamen qui eſt quid ſpirituale commutatur, quod in commercium non cadit, *cap. dilecto de prabend. Syluest. in ſumma verbo Permutatio.* Ideoque ſunt ipſo iure priuati beneficiis per Extrauag. Cum deteſtabile de ſimonia in princip. & incurrunt excommunicationem, de qua ibi *in cap. Statuentes.* Eſtque communis ſententia vt fatetur P. Nauar. *de Redit. lib. 2. cap. 2.* quamuis ipſe contrariam teneat 17. 18.

citás Couar. *1. Var. cap. 5. nu. 3.* Vide Nicol. Garciam *tract. de Benef. part. 11. cap. 4. nu. 59.* & Leo. Leſsium *de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 35.* qui etiam contrarium tenet.

CAP. III. SVMMARIVM.

1. *An expediri poſsint permutationes coram Ordinariis etiam in menſibus reſeruatis per Concordata Germaniæ.*
2. *Beneficia ex cauſſa permutationis renunciata verè vacare dicuntur.*
3. *Taliter rennnciantes mortui ciuiliter cẽſentur.*
4. *Reſignationes & permutationes non includuntur ſub Reſeruationibus Regularum Cãcellariæ.*
5. *Reſignationes & permutationes beneficiorum fieri ſeu admitti poſſunt per Ordinarios in quolibet menſe.*
6. *Argumentum à ſimili non procedit quando datur aliqua diſsimilitudo etiam minima.*
7. *Beneficia vacantia ex cauſſa reſignationis ad effectum reſeruationis non dicuntur verè vacare.*

1. DIxi ſuperiori capite locorum Ordinarios auctoritatem præſtare permutantibus. Nunc dubitatur an Ordinarij in Germania id poſsint in menſibus reſeruatis ? & an in tali euentu intrent Concordata inita inter

er inclytam nationem Germanicam, & 2.
ımmum Pontificem? Ratio dubitandi eſt,
uod per permutationem beneficia vacare
icantur, *Rota deciſ. 7. de Rer. permut. in Antiq.*
xt. in cap. vnico de Rerum permut. in 6. cen-
:anturque renunciantes ex cauſſa permuta- 3.
onis mortui ciuiliter quoad beneficium re-
gnatum, *Caſſad. deciſ. 16. ſuper Reg. Cancell.*
ariſius conſil. 93. nu. 25. vol. 4. Ideoque ſicut
)rdinarius in Germania non poteſt conferre
eneficia in menſibus Pontificis per obitum
acantia; ita etiam vacantia per mortem ci-
ilem, id eſt, renunciationem ex cauſſa per-
ıutationis. Hiſce tamen non obſtantibus
ico Ordinarios etiam in menſibus reſerua-
s auctoritatem permutantibus præſtare poſ-
:. Siquidem per reſeruationem Concorda-
ırum non cenſetur Pontifex voluiſſe con-
itionem Ordinariorum Germaniæ facere
eteriorem ſeu duriorem, illisve plus de-
ahere, quàm ſolent Pontifices aliis Epiſ-
ɔpis aliarum prouinciarum: at per reſer-
ıtionem Regularum Cancellariæ, quibus li- 4.
ıntur omnes Ordinarij, ſolent Pontifices
xcipere modum vacationis per reſignatio-
em, vt expreſsè quoque habetur in Reg.
.Cancell. nuper edita per Clementẽ VIII. v-
i reſeruat beneficia omnia in menſibus alter-
atiuis quocumque modo, & aliter quàm per
eſignationem vacantia, atque ita ex identitate

 ratio-

rationis, renunciationes ex cauſſa permutationis, vt minus quàm fieri poſsit vitetur reſeruatio, & iuris communis correctio, *cap. Cum expediat de Electio. in 6. Georgius Brandenad Concord.*
5. *Germa. quæſtio. 12. nu. 10.* Ideoque in quolibet menſe poterunt coram Epiſcopis permutari beneficia, & Epiſcopi admittere reſignationes in fauorem ex cauſſa permutationis quas faciũt permutantes, & eorum cuilibet de beneficio reſignato collationem facere: cùm permutationes non fraudulentæ beneficiorum, licitè fieri poſsint coram Epiſcopis, dummodo ex aliquo capite beneficia permutata non ſint reſeruata *cap. Cùm olim. cap. Cùm vniuerſorum de Rer. permut. cap. vnico eod. tit. lib. 6. vbi And. Gammar. nu. 110. cum ſeq. Rebuff. in praxi tit. de permut. benef. nu. 36. & diximus ſuprà Cap. 11.* Nec quicquam mouent obiectiones ſupra in ratione
6. dubitandi propoſitæ: quia reſpondeo cum eodem Branden, argumentum à ſimili non procedere quando in caſu propoſito aliqua diſsimilitudo etiam minima ex iure colligitur, *Præſes Euerardi in loco à ſimili; fallen. 4.* At inter reſignantem & mortuum, Regula Cancellariæ
7. reſeruatoria menſium facit differentiam: Nam ad effectum reſeruationis, non dicuntur beneficia verè vacare ex cauſſa permutationis, *Fred. de Senis Conſil. 62. incip. Verius videtur col. 2. verſ. Illud autem tempus. & conſil. 73. Factum eſt tale. Milis in Repert. verb. Gratiam beneficij impetrans Gaſp. de*

Peru.

Peru.tract. de Reſer. in quaſt. Quis ſit effectus reſeruationis. & ſic non comprehenduntur ſub reſeruatione teſte Hierony.Gabriel.*conſil.199.nu.4.& 9.lib.2.* & Flam. Pariſio *de Reſig.benef.lib.11.quaſt.5.nu.20.*

CAP. IIII. SVMMARIVM.

Vtrum expectatiua gratia data Titio cùm primum per ceſſum vel deceſſum vacauerit, intelligatur vel capiat beneficium reſignatum ex cauſſa permutationis?

DIcendum quod non: quia reſeruatio facta de beneficio primo vacaturo per reſignationem,procedit in ſimplici reſignatione,non etiam in conditionali ex cauſſa permutationis *Caſſad.deciſ.1.nu.1.& ſeq. de Rer.permut. adde Put.deciſ.263.nu.3.lib.2.* Hinc priuilegium conceſſum magno Magiſtro Hieroſolymitano ad conferendum beneficia ſui Ordinis vacantia in Curia per ceſſum vel deceſſum: interpretatur de ceſsione & reſignatione ſimpliciter in Curia facta, non autem de ea quæ fit in fauorẽ, vt firmat Mandoſ.*tract. de ſignatura gratia tit. Reſignationes col. 3. verſ. Nec Papa conſueuit.Gonzalez ad Reg.8.Cancell.glo.14.nu.15.*

CAP. V. SVMMARIVM.

1. *An Regula Cancell. de Infirmis reſignantibus*

 habeat

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

habeat locum etiam in Permutatione?

2. *Regula de Infirmis loquitur in quacunque ſpecie dimiſsionis beneficij.*

3. *Regula de Infirmis locum habet in quacunque permutatione æquali vel inæquali.*

4. *Ratione vna ſublata, altera remanente, remanet diſpoſitionis effectus.*

5. *An Regula de Infirmis locum habeat in permutationibus, quæ auctoritate Ordinarij expediuntur?*

6. *Reſignatio in fauorem coram Ordinariis illicita eſt & ſimoniaca.*

7. *Regula de Infirmis locum babet in quacumque permutatione & cuiuſcumque auctoritate facta, etiam Ordinarij.*

8. *Permutans beneficium cum infirmo, qui intra xx. dies deceſsit, an ad ſuum beneficium redire queat?*

DVbitatur acriterque controuertitur inter DD. an Reg. Cancellariæ de Infirmis re-
1. ſignantibus locum etiam obtineat in permutatione? Sunt enim multi qui negant, quique affirment. Poſtpoſita negantium ſententia, omiſsiſque quæ in illam partem afferuntur argumentis, ſtare lubet ab affirmantium, vtpote tutiore & receptiore; inter quos familiã ducit D. Gomegius *ad d. Reg. de Infirmis quæſt. 26.* Mãdoſius *ad d. Reg. quæſt. 12.* Philip. Probus *in cap. Cùm in illis, de Prabend. in 6. nu. 54.* Rebuff. *in tract.*

Nomi-

ninat. quaſt.17.nu.5.& in praxi in d.Reg.glo.4. r. Flam. Pariſ. *tract.de Reſig.benef.lib.12. quaſt. u.15.* Gonzalez *ad Reg.viij. Cācell.glo.14.nu.54. dicit Rotā ita reſoluiſſe*, Io. Nicol. Gymonten *inchrid.de benef.tit.5.nu.6.* Io. VVameſius exi-ius quondam Anteceſſor in Vniuerſitate Lo-nieñ. *conſil.257.nu.12.tom.1.* Ratio porrò illa, 2.
iod nimirũ Regula loquatur in quacumque ecie dimiſsionis beneficij, vt patet in verbo *imiſerit*, quod infert quemcumque actum per uem quis ſe abdicat beneficio vt notat idem Mandoſ. *quaſt. 12. & 13.* Itaque ſi reſignans ex auſa permutationis moriatur intra xx. dies ɔræſtiti cōſenſus, beneficium illius permutatũ lteri liberè conferri poterit, ſiue permutatio 3.
æqualis fuerit, ſiue inæqualis. Cùm enim dictæ Regulæ duæ ſint finales cauſſæ, vna vt fraudes vitentur quæ fieri poterāt expectātibus & Ordinariis Collatoribus; altera, vt ſucceſsio vitetur in Eccleſia Dei, contra S. Canones, *vt in cap. Apoſtolic. 8. q. 1. cap. ad decorem de Inſtitutionibus cap. ad extirpandas de filiis presbyter.* ratione 4.
vna ſublata & remanente altera, quæ eſt ſucceſsionis euitandæ, (vt certè remanet etiam in permutatione æquali) debet remanere diſpoſitio diſpoſitioniſque effectus, *§. affinitatis Inſtit. de Nupt. glo. in l. ſi quis ad exhibendum ff. de except. rei iud. Mandoſ. d. quaſt. 13. nu. 13.* Atque hæc quidem expedita puto in Papa auctorante permutationes: qui ne ſua liberalitas

 ſibi

ſibi nimium diſpendioſa ſit, néve de beneficiis diſponatur in articulo mortis, vt fit de rebus profanis, reſtringere voluit per d. Reg. beneficiorum reſignationes, vt non poſsit collatione ſua priuari niſi vixerit reſignans per xx.
5. dies. At verò in Ordinario aliud videretur dicendum. Poteſt quippe Ordinarius recipere reſignationes ex cauſſa permutationis, ſi velit: quia ſimpliciter coram eo reſignatur, nec is cenſetur abſque iuſtis cauſsis permutationem probaſſe, reſignationemque non admiſiſſe. Ideoque cum coram eo non niſi ſimpliciter, nec certam perſonam nominando (cùm alioqui ſimoniaca foret permutatio & reſignatio
6. Mandoſ. *ad d. Reg. quæſt. 16. nu. 11.*) fiat reſignatio ex cauſſa permutationis, ceſſat prædicta ratio diſponēdi ad libitum, vt fit in rebus profanis: cùm Ordinarius poſsit ſi velit reijcere eiuſmodi renunciationes, quas ſi recipiat, erit quod ſibi imputet; & propterea non poterit conferre eò quòd non vixerit intra xx. dies. Atque huius opinionis interpretationiſque illuſtria quædam rerum iudicatarum exempla deciſionibus ſupremæ Curiæ Pariſieñ. confirmata profert Auctor Analyt. Comment. *ad d. Reg. nu. 30. & ſeqq.* cuius opinionem quoque probat Boëtius Epo Anteceſſor in Academia Duacena. *in cap. Cùm vniuerſorum nu. 157.* Verum enimuerò, licet plauſibilis hæc ſententia videatur, & à multis viris doctis recepta, minùs tamen

tamen tutam putem, niſi S. Rotæ præiudiciis confirmata ſit: propterea quòd verba dictæ Regulæ ſint clara, ibi *Quauis auctoritate*: per quæ videntur includi quicumque collatores & Ordinarij: adeò vt etiam Ordinarium Capitulum comprehendatur & alij quicumque, vt notat Robuff. *in tract. Nominat. quæſt. 17.* & plura hac de re ſcripſimus in Commentariis ad Regulas Cancell. *in d. Reg. de Infirmis.* quæ propediem, Deo dante excudentur. Accedit & alia ratio, quod etiamſi ceſſet prior cauſſa finalis dictæ Regulæ, videlicet fraus, quam moliũtur ægri iſti reſignantes Ordinariis, non tamẽ ceſſat altera, hæreditaria nimirum beneficiorum ſucceſſio; & proinde remanente hac cauſa finali, remanet diſpoſitio illiusque effectus, vt prædictum eſt: & ſic cenſebitur vacare beneficium per obitum, conferretque Papa ſi reſignatio facta ſit in fauorem in Curia, vel Ordinarius ſi extra Curiam *Flam. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 12. quæſt. 10.* licet vtroque caſu Auctor Analyt. Comment. *ad d. Reg. nu. 326.* velit Ordinarium conferre, modo tamen reſignans in Curia non moriatur, cuius mentem latiùs expoſui *ad d. Reg. de Infirm. poſt nu. 14.* Ceterũ dubium hîc occurrit, an is qui permutauit cum ægro qui deceſſerit intra xx. dies ad ſuum poſſit redire beneficium, ſi contingat ſe ab eo euinci quod habuit? Negatiuam probat Rebuff. *in praxi tit. de Infirmis glo. 4. nu. 2.* idque propter ani-

7. (margin, beside "Regulæ ſint clara")
8. (margin, beside "poſui ad d. Reg.")

animum fraudandi quem talis permutans habuiſſe videtur: cùm enim cerneret iſtũ morti proximum, non decebat, inquit, ab eo extorquere beneficium in præiudicium Ordinariorum & expectantium, & cùm hoc tentauerit, non eſt vſus iuris conceſsione, ideoque priuari debet vtroque *Clem. vna, ibi glo. 1. de Rer. permut.* quam doctrinam hactenus verã intelligit, quãdo vtrimque eſt facta renunciatio, ſecus ſi ex parte tantum valetudinarii facta fuiſſet.

Capitis vi. Svmmarivm.

1. *Inferior ab Epiſcopo auctoritatem non præſtat permutantibus.*
2. *Id verum, niſi Iuriſdictionem habeat Epiſcopalẽ.*
3. *Vtrum inferior ab Epiſcopo ius illud auctorandi poſsit præſcribere: & nu 14.*
5. *Licet inferior ab Epiſcopo permutare volentibus auctoritatem non præſtet, conſenſus tamen eius requiritur.*
6. *Quid ſi conſentire nolit?*
7. *Epiſcopo accuſato de crimine, an interim inferior auctorãdi permutationes facultatem habeat?*

1. POrrò illud notandum eſt inferiorem ab Epiſcopo collatorem nullatenus facultatẽ auctorandi permutationes habere, vt notat Gloſſa *in Clem. vna de Rer. permut. verbo Conferãtur.* Collectar. *in cap. Quæſitum nu. 3. de Rer. permut.* Fran. Suarez *tract. de Virtut. & Stat. rel. lib. 4. cap. 32. nu. 12.* Nauar. *conſil. 97. nu. 2. de Simonia.*

monia.Franc.Marcus *deciſ.1163.nu.3.part. 2.* Coraſ. *lib.1.de benef.cap.9.nu.4.* Rebuff. *in praxi,tit. de permut.nu.20.& in 3.part.ſignat.nu. 42.* Cuius rei ratio eſt, quod illi Prælati inferiores non veniunt appellatione Epiſcopi, de quo in cap. Quærenti,de Rer.permut.niſi tamen haberent Iuriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi, *cap. Abbates in fi.de Priuileg.in 6.Glo. & Zabarel. in d. Clem.vnica.Rota deciſ.111.& 112.aliàs 5.& 6.in No. de Rer. permut.* (veluti Abbas Ciſtercienſis, Cluniacenſis,aut aliàs exemptus,ad quem cum Eccleſia pleno iure pertineat,*Glo. Clem. Attendentes verſ.1.de Stat.monach.* in eius monaſterio nihil exercet Epiſcopus *cap. Ea quæ, vbi Abb. de Stat.monach. Coraſ. d. cap. 9.*) vel conſuetudine illam adepti eſſent, *Leſſius de Iuſt. & iure lib. 2. cap.34.nu.196.Suarez lib. 4. cap. 32. nu. 14. Azor. lib.7. Inſtit.moral.cap.29.quæſt.4. in fi. quod & ſuprà attigimus cap.2.nu.12.* Sed dubitatur an inferior ab Epiſcopo ius illud auctoritatem præſtandi permutationibus poſsit præſcribere? Et videtur poſſe: cùm actus permutationis nō pertineat ad ordinē,ſed magis ad iuriſdictionē Epiſcopalem: quæ autē ſunt iuriſdictionis per inferiores præſcribi poſſunt *vt not. in cap. auditis in c. cùm olim ibi textus de præſcriptio: in cap. accedentibus de exceſſ. Prælat. Rebuff. ad Reg. de Infirm. benef. reſig. tit. de Permutatione nu. 20.* 2
Sane, ſi agamus de conſuetudine tanto tempore obſeruata quæ ſufficiat ad præſcriptionē dubium

dubium non erit quin inferior ius illud acquirere poſsit, *teſte D. Aegid. Bellamera citans ad hoc cap. Cum tanto de Conſuet. quem ſecuti ſunt Fred. de Senis & Collectarius.* quale ius habent inferiores ab Epiſcopo Leodij, qui quotidie permutationibus beneficiorum quorum ipſi ſunt collatores auctoritatem præſtant. Nec tantum ius illud auctorandi, verum etiam vniēdi hoc modo præſcribi poteſt, *teſte Io. And. in cap. 2. de*
4. *ſtat. monach. in Clem.* quod etiam tenere videtur Glo. *in Clem. Ne in agro, in verbo Ordinarios & ibi ſcribentes de Statu Reg. Io. Nicol. in Enchrid. de*
5. *Permut. benef. cap. 2. nu. 17.* Porrò tametſi regulariter auctoritatem non præſtet inferior ab Epiſcopo, conſenſus tamen eius requiritur, nec aliàs ab Epiſcopo expediri valet permutatio *Feliij. in cap. cùm Bertholdus col. 5. de re. ind. Leſſius d.*
6. *Dub. 36. nu. 199.* qui ſi conſentire nolit cogi poterit, dummodo permutatio vtilis ſit Eccleſiæ, *Leſſius d. nu. 198. & dicemus infrà cap. xix.* Sin autem ſit inutilis Eccleſiæ, aut vtilitatem reſpiciat perſonarum, certum eſt inferiores ab Epiſcopo eſſe vocandos, quales ſunt ij quorum nominare, præſentare, conferre intereſt, qui ſi permutationi expediendæ intercedant aut repugnent, actus non ſubſiſtet & annullabitur, *cap. quod ſicut de Electio. cap. cùm in Eccleſiis 33. de Prebēd. in 6, arg. cap. Illud, ibi DD. de Iure patrō. quā*
7. *de re poſtea dicemus.* At quid ſi Epiſcopus reus ſit alicuius grauiſsimi criminis vel certè accu-
ſatus

ſatus,puta hæreſeos, ob quod crimen Epiſcopus ipſo iure priuatur, *cap.ſecundum de hæreticis in 6.cap.quo iure 8.diſtinct.cap. nonne 8. quaſt. 4.* an interim inferior ab Epiſcopo auctorabit permutationes? Nequaquam,ſed ipſe Epiſcopus, qui pendente accuſatione,imò & appellatione non prohibetur Epiſcopalia iura exercere,*glo. cap.Sæpe de accuſat.Coraſ.tract.de off. elect. dig. & benef.* Eccleſ.*cap.5. in fine.*

CAPITIS VII. SVMMARIVM.

1. *Officialis vel Vicarius Epiſcopi permutationes expedire non poſſunt, Limita vt nu.3.*
2. *Officialis vel Vicarius beneficia ad collationem Epiſcopi vacantia conferre non poſſunt.*
4. *Facultas auctorandi Epiſcopo duntaxat reſeruata eſt.*
5. *In generali conceſſione non veniunt ea quæ ſunt ſpecialiter Epiſcopo reſeruata.*
6. *Vicarius Epiſcopi non poteſt vigore ſimplicis & generalis mandati Vicariatus recipere beneficiorum reſignationes, nec præſentare ad beneficium quod pertinet ad præſentationem Epiſcopi.*
7. *Vicarius vt vigore ſpecialis mandati poſſit conferre beneficia debet eſſe Vicarius tam in ſpiritualibus quàm temporalibus ſecundum quoſdam.*
8. *Permutatio & collatio beneficij à Vicario Epiſcopi eo tempore defuncti ſubſiſtit, ſi mortis illius non habuit notitiam. quod extende vt nu.9.*

10. Diffe-

10. *Differentia inter reuocationem factam per Epiſcopum, & reuocationem per mortem Epiſcopi aut aliam vacationem Epiſcopatus.*

AN Vicarius vel Officialis Epiſcopi permutationibus auctoritatem præſtet quæſitum eſt apud Canoniſtas: cuius negatiuam tenere video bonam Doctorum partem; & me-
1. ritò. Etenim cùm in permutatione renuntiatio & collatio interuenire debeant, *Clem. vná ibi ſcribentes de Rer. permut.* ſitque perſpicui iuris Vicariũ vel Officialem nequaquam poſſe be-
2. neficia vacãtia ad Collationẽ Epiſcopi ſpectãtia cõferre *cap. fin. de officio Vicarij in 6. & cap. Statutum de prabend. eod. Collect. in cap. Quæſitũ nu. 8. in fin. de Rer. permut. Coraſ. tract. de offic. dig. & ben. Eccleſ. cap. 8. nu. 2.* conſequens eſt eũ permutationi auctoritatẽ præſtare nõ poſſe. *Pet. And. Gãmar. in Repetit. cap vnic. nu. 116. de Rer. permut. in 6.* Niſi ſi ſpecialiter id ei ab Ordinario mandatũ fuerit
3. *Gãmar. d. loco, Azorius Inſtit. moral. part. 2. l. 7. c. 29. verſ. dubitatur an Vicarius. Zerola in praxi Epiſcopali, verbo Vicarius §. 10.* nã in ſimplici mãdato Vicariatus quamuis amplo & generali facultas permutãdi vt nec cõferendi cõtinetur *d. cap. fin. de offic. vic. cap. Statutũ 3. de Prebend. in 6. Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 5. c. 8. nu. 81.* præſertim quod hęc facultas auctorãdi permutationes ſit Epiſ-
4. copo reſeruata. *c. quæſitũ de rer. permut.* qui ſolus diſpẽſat in his quæ iure cõmuni prohibita reperiũtur, qualis eſt permutatio beneficiorũ. *c. maioribus de Præb. & dig.* Itaque vt Vicarius ritè

permutationi auctoritatẽ præſtet, neceſſe eſt vt peculiariter hæc facultas ab Epiſcopo ei tributa ſit, cũ in generali cõceſsione nõ veniãt ea quę ſunt Epiſcopo reſeruata *arg. c. in generali cõceßione ibique Dynus de Rer. iur. in 6. c. cùm in generali ibi Geminia de officio Vicarij in 6.* Quò fit vt nec reſignationes ex quauis alia cauſa virtute generalis mãdati recipere poſsit; teſte Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. l. 7. quæſt. 24. nu. 4.* nec etiã præſentare ad beneficiũ quod pertinet ad præſentationẽ Epiſcopi ſine ad hoc ſpeciali mãdato, *Lãbertin. de Iute patr. 3. part. 2. l. quæſt. art. 5. Nicol. Garcia d. c. 8. nu. 82.* Quinimò, vt Vicarius virtute ſpecialis mãdati cõferre poſsit beneficia vel reſignationes eorũ recipere, sũt qui hoc etiã cõiũctim requirũt, debere eum eſſe Vicariũ Generalẽ in omnibus tã ſpiritualibus quã tẽporalibus quod ex facto reſpõdit Socinus ſenior *conſ. 260. vol. 2. Mil. in Repert. verb. Vicarius Epiſc. Rebuff. de Vicar. Epiſc. nu. 18. & in form. Vicar. nu. 15. & 16.* licet Nic. Garcia *d. c. 8. nu. 122.* exiſtimet ſufficere quod ſit generalis Vicarius in ſpiritualibus iuxta ſubiectã materiã collationis beneficiorũ quę eſt ſpiritualis. nã & Vicari⁹ Epiſcopi in ſpiritualibus dicitur generalis *vt in c. cũ nullus, verſ. Epiſcopo de Tẽp. ord. in 6. & in S. Cõcilio Tridẽ. c. 2. ſeſſ. 13. ibi ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali.* Notandum tamen Vicarium qui virtute ſpecialis mandati poteſt beneficia ex cauſa permutationis conferre, permutationem eo reuocato per mortem Epiſopi ſubſiſtere, ſi mortis illius notitiam nõ habuit, *vt fuit deciſum in vna Pacen.*

(Margin numbers: 5. beside "ta ſit, cũ in generali…"; 6. beside "nationes ex quauis…"; 7. beside "tiones eorũ recipere…"; 8. beside "dum tamen Vicarium…")

canonicatus coram A. Auguſtino die 27. Ianuarij 1546. & eſt in deciſ. Put. 3. ſub. Rub. de Officio deleg. & Vicar. in ſum. & deciſ. 369. incip. in vna Pacen. lib. 2. Lancelott. de attent. par. 2. cap. 10. nu. 30. vbi. nu. 31. ex dicta deciſ. 369. qui ſubijcit valere etiam colla-
9. tionem & permutationem etiamſi veriſimiliter obitus Epiſcopi ad notitiam Vicarij peruenire potuerit; quod & probat Mohed. *deciſ. 29. de Renunciatione.* Eſt tamen differentia
10. inter reuocationem factam per Epiſcopum, & reuocationem per mortem ipſius Epiſcopi, aut aliam vacationem Epiſcopatus: quod nimirum in reuocatione facta per Epiſcopum, requiritur inſinuatio per ipſum Epiſcopum aut de eius iuſſu facta, aliàs valebunt geſta per eum, etiamſi habeat notitiam reuocationis, & illa publicè ſit nota, *vt tenet Rebuff. in form. Vicar. nu 210. Boër. deciſ. 347. Tho. Sanchez lib. 3. de Matrimo. diſput. 30. nu. 11.* Nam licet Epiſcopus Vicarium reuocauerit, non tamen cenſetur voluiſſe illam effectum habere antequam illi ſit pro eius parte inſinuata, ſicut etiam in conſtitutione Vicarij, &c. Reuocatio autem per mortem vel aliam vacationem, habet effectum etiam non inſinuata, ex quo fit à iure ipſo facto, *Felij in cap. Ex parte Decani de Reſcript. nu. 19. 8. Fall. communiter receptus vt per Flam. Pariſ. de Reſig. benef. qui citatur à Nicolao Garcia de Benef. part. 5. c. 8. nu. 178.* qui ſubijcit valere tamen geſta per eum, quando communiter ignoratur mors,

mors,quamuis ipſe illius conſcius ſit, ſicut etiam quando eſſet communis error & ignorantia reuocationis etiam ipſi intimatæ, *ex L. Barbarius ff. de off. pratoris*, non autem quando communiter ſcitur mors, licet Vicarius eam ignoret, *dicto nu.11.& diſput.22.nu.59.*

CAPITIS VIII. SVMMARIVM.

1. *Capitulum ſede vacante an auctoritatem permutantibus praſtet?*
2. *Proponitur negatiua, & firmatur rationibus.*
3. *Capitulum non fungitur vice Epiſcopi quoad reſignationes recipiendas & collationes beneficiorum.*
4. *Cum quid prohibetur immediatè, videtur & prohibitum mediatè.*
5. *Capitulũ ſede vacante poſſe recipere reſignationes & permutationes beneficiorũ Limita vt nu. 6.*
7. *Capitulum ſede vacante ſuccedit in Iuriſdictione tam in ſpiritualibus quàm temporalibus.*
8. *Capitulum ſede vacante ſimplices reſignationes recipere non poteſt, multominus beneficia conferre.*
9. *Quid ſi Epiſcopus admiſerit reſignationem ex cauſa permutationis, & antequam conferret deceſſerit, an Capitulum poſſit eiuſmodi beneficia renunciata in manus Epiſcopi conferre?*

A Vicario Epiſcopi ad Capitulum non inconcinno deflexu tranſgredior, & quæro

1 an illud ſede vacante permutationes expedire
poſsit? Dubitationem pro negatiua mouet pri-
2. mo, quod Capitulum ſede vacante careat iuriſ-
dictione, niſi quatenus expreſſa inueniatur *cap.
ex indulgentia ſpeciali cap. ex parte de reſcript. Ar-
chid. in cap. Fraternitatem diſtinct. 71.* At verò fa-
cultas permutationes auctorandi, vt & reſigna-
tiones recipiendi nequaquam in iure expreſſa
3. reperitur. Secundo quia Capitulum non fun-
gitur vice Epiſcopi quoad reſignationes reci-
piendas & collationes beneficiorum *per not. in
cap. 2. ne ſede vacante glo. in c. fraternitatem verbo li-
centiam diſt. 71. Rebuff d. Rub. nu. 94. Coraſ tract. de
Elect. dig. & benef. Eccleſ. cap. 7. nu. 2.* nam ſi demus
Capitulũ poſſe permutationẽ expedire, indi-
rectè ei cõpeteret facultas cõferẽdi & reſigna-
tiones recipiẽdi quod iure vetitũ eſt, iuribus
ſuprà citatis, quibus adde Emanuelẽ Sa. *in apho-
riſm. verbo Capitulũ:* nam cum quid vna via pro-
hibetur alicui, ad id alia non debet admitti, &
4. cum quid prohibetur immediatè, videtur etiã
prohibitũ mediatè, *l. auia §. Titio ff. de condit. &
demonſtrat. Iaſ. in l. 2. col. 6. verſ. & tenẽdo iſtã partẽ
ff. de Vulg. & pupill.* His tamẽ nõ obſtãtibus re-
5. ſolutiuè dico Capitulũ ſede vacãte, poſſe reci-
pere reſignationes & permutationes expedire,
teſtor *Fran. Zuarez tract. de virtute & ſtatu Relig.
lib. 4. de ſimonia c. 32. nu. 11. Marcũ Antoniũ Genuẽſẽ
in praxi Curiæ Archiep. Neapol. c. 87. nu 9. Fed. de Se-
nis tract. de Permut. benef. quæſt. 36. verſ. ſed cõtrariũ
& conſ.*

& cõſ.30.col.2 Francũ c.vnico. nu.5.verſ. dubitatur. de Maior.& obed.Franc.de Pauinis tract.de offic.& pot.c.Sede vacãte parte 2.quæſt.2.verſ. quæro ſubſequenter, Flaminiũ Pariſiũ de reſig.benef.lib.7. quæſt. 23.nu.20.vbi ſcribit communẽ. Zerolã in praxi Epiſc. verbo Capitulũ §.7.part.2.Milis in Repert.verbo Permutationi beneficiorum. Limitatur tamen niſi beneficia illa vel alterũ illorũ ſpectarent ad collationẽ Epiſcopi ſolius ſine Capitulo : quia cũ in taliũ beneficiorum collatione non ſuccedat Capitulũ, ergo nec in cõſenſu quẽ habet neceſſe præſtare collator, *Iohãnes Frãciſcus de Pauinis d.quæſt.nu.11.verſ.Hoſtienſ.tamen. Fred. de Senis d. quæſt.26. Milis d.loco.* quod hactenus ex ſentẽtia d. Fred.de Senis accipiendũ eſt vt per Capitulũ quidẽ id ita fieri, ſed per ſequẽtẽ ſeu ſucceſſorẽ Epiſcopũ perfici poſsit, quod & poſt Zabarellã *conſ.36.* probat Doctor V Vameſius *Tõ.1 cõſil.cõſ. 13.nu.10.* Etiamſi reſignatio eſſet de parochiali, *Rota in vna Abulẽſis Parochialis 22.Iunij 1594. corã Blãketto.* quã deciſionẽ refert Nic.Garcia *tract. de Benef.part.5.c.5.nu.91.& 93.* Nã licet Capitulũ poſsit recipere reſignationes, non tamẽ poteſt permutãtes inſtituere in beneficiis quorũ collatio ad Epiſcopũ ſpectat. Nec mouẽt quæ adducta ſunt in cõtrariũ: ſiquidẽ cõſtat Capitulũ ſuccedere in iuriſdictione tam in ſpiritualibus quã in tẽporalibus, *cap.pen.& vlt.de ſupplẽd.negl. prælat.in 6.Ioan.Selua tract.de benef.part. 2. quæſt. 11. nu.6. quod & probat Rebuff. d. tit. de Deuolut.*

6.

7.

nu.58. Atque hæc concluſio extenditur etiam ad beneficia cuiuſuis generis: etiam Iuris patronatus: nam ſi beneficium eſt iuris patronatus, & poſsidens illud renuntiet coram Capitulo ſciente & tacente Patrono, ſubſiſtit renũtiatio & collatio *Archid. in cap. ſi ſerius 54. Diſtinct. Flaminius d. quaſt. nu. 32.* quod cape ex cauſa
8. permutationis. nam liberam & ſimplicem reſignationem recipere non poteſt: neque enim quoad eiuſmodi reſignationem, multominus beneficiorum collationem vice Epiſcopi fungitur, vt ſuprà dixi, probatque Rebuff. *in praxi tit. de Deuolut. nu. 95. & 101.* At quid ſi Epiſcopus
9. admiſiſſet reſignationem ex cauſa permutationis de beneficiis ad ipſius collationem ſpectantibus, & antequam conferret deceſſerit? Reſpondet Milis *in Repert. verb. Capitulum vacante ſede.* quod Capitulum vacante ſede, ſeu eius Vicarius conferet illa permutantibus: nã iſto caſu præceſsit iam Epiſcopi conſenſus ad cuius collationem ſpectant, & ex alia parte collatio eſt debita compermutantibus *ex d. cap. 1. de Rerum permut. & Clem. 1. eod. tit.*

Cap. IX. Svmmarivm.

1. *Vtrum Legatus queat permutationes expedire.*
2. *In beneficiis non reſeruatis poteſt, ſi Legatus ſit à latere; in reſeruatis non poteſt, niſi ex indulto Pontificio.*

3. Vel

3. *Vel niſi omnia beneficia in Prouincia Legato cõmiſſa eſſent reſeruata.*
4. *Quæ dicantur beneficia reſeruata.*
5. *An appellatione beneficiorum reſeruatorum veniant dignitates electiuæ & beneficia iuris patronatus.*
6. *Legatus à latere poteſt auctoritatem præſtare permutantibus beneficia Iuris patronatus.*
7. *Aliud in beneficiis iuris patronatus laici.*
8. *Niſi tamen ſit Ius patronatus ex priuilegio vel præſcriptione.*

DIſcuſſa eſt & in vtramque partem arbitrata quæſtio hæc, an beneficiorum per- 1.
mutationes auctore Legato expediri poſsint? Placent qui totam nodoſæ controuerſiæ ſummam in vna hac diſtinctiuncula ponunt. Aut ſermo eſt de ijs beneficiis quæ non ſunt reſeruata diſpoſitioni S. Pontificis; aut de iis quæ reſeruata ſunt. Priori articulo Legatus aucto-
ritatem præſtare poteſt permutantibus, ſiqui- 2.
dem poteſtatem habuerit lateralem, *cap. Si Abbatem de Electio. lib. 6. arg. cap. Officij de officio Leg. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 7. quæſt. 11. in fin. & quæſt. 13. nu. 16.* Altero non æquè: quia generalis conceſsio non extendit ſe ad ea quæ S. Sedes Apoſtolica ſpecialiter ſibi reſeruauit, *cap. quod tranſlationem de officio leg. cap. qua de cauſa 2. quæſt. 6. Pet. de Vbald. de Permut. benef. verſ. ſecundo quæritur nu. 21.* præterquam quod non habeat poteſtatem conferendi eiuſmodi beneficia re-

ſeruata vt tradit Hoſtienſ. *in d. cap. officij de officio Legati* Capella Tholoſ. *deciſ.434.* vt nec reſeruandi ſuper iis penſiones *Gigas de Pēſio. quæſt. 6.nu.19.* Niſi tamen ſpecialis facultas ſuper his ſit à Pontifice attributa. *cap.Licet. 1. de Præbend.*
3. *in 6.* vel niſi omnia beneficia in Prouincia Legato commiſſa eſſent reſeruata *Pet.de Vbald. d. verſ.nu.21.* Dicuntur autem beneficia reſeruata,
4. vel quæ in Vrbe, vel Curia Romana, vel apud Sedem Apoſtolicam quomodolibet vacant *d. cap.licet & c.præſenti eod. tit.* vel quæ S.Pontifex quodam in loco ſibi reſeruauit, *c.3. de Præbend. & dignit.in extran.com.* vel quæ generaliter voluit eſſe ſubiecta Sedi Apoſtolicæ *c.fin. de Renūtiat.* vel denique aliis modis quos cōplectūtur Reg.Cancellariæ, neque non eruditiſſ. Azorius *lib.Inſtit.moral.6.c.36.parte 2.* & Rebuffus *in praxi benef. Rub.de Reſeruat. tàm gener. quàm ſpecial. & poſtremò* Flam.Pariſius *tract. de reſig. benef.l. 2. q. 16.* Notandum tamen in hāc reſeruationem nō
5. cadere dignitates quæ ſunt electiuæ, vt nec beneficia quæ ſunt iuris patronatus: cùm non facilè Sedes Apoſtolica ſoleat, aut velit ius alteri quæſitum auferre. *Felij.in tract. Quando litt. apoſt.*
6. *derog.Iuri Patron.* Porrò quemadmodū Legatus poteſt præſtare auctoritatem permutantibus beneficia non reſeruata: ita etiam beneficia iuris patronatus eccleſiaſtici, *cap. dilectus de offic. leg. cap. dilectus de Iure patro. Rebuff. in praxi 3.part. ſignat. verbo Necnon Iuris pat. nu.6.* accedente tamen

men patronorum cõſenſu, vt infra cap. XVIII. 7.
dicemus, quod ſecus eſt in beneficiis iuris patronatus laici: cùm Legatus permutandi iſta beneficia facultatem non habeat, cùm nec conferre poſsit *Nicol. Garcia tract. de benef. part. 5. cap. 3. nu. 63.* niſi ſint beneficia laicorum ex 8.
priuilegio vel præſcriptione: nam iſta bene poteſt Legatus conferre, nec aliter oportet derogare tali iuri patronatus nec de eo facere mentionem cùm ceſſet ratio retractionis à fundatione & dotatione, *Abb. in cap. Dilectus in fi. de off. leg. Staphil. de litt. grat. tit. de modo & forma impetrandi §. 4. nu. 5. Garcia d. cap. 3. nu. 72.*

Cap. X. svmmarivm.

1. *An Epiſcopus exiſtens in Romana Curia permutantibus auctoritatem præſtare poſsit.*
2. *Epiſcopus non valet conferre beneficium in Curia.*
3. *Limitatur, niſi ſit renuntiatum extra Curiam.*

Regredior ad Ordinarium, in quo primùm ſe offert non inelegãs & infrequens quæſtio, an idem Ordinarius exiſtens in Vrbe vel 1.
Curia Romana poſsit permutationes exequi? Fed. de Senis antiquus & boni iudicij ſcriptor, negatiuam aduerſus nonnullos ſecus ſentientes probat *tract. de permut.* hac potiſsimum ratione, quod permutatio citra reſignationem

expediri non poſſit; Facta autem reſignatione in Curia, haud dubium eſt quin beneficia
2. vacent in Curia: vt eſt communis opinio teſte Flam. Pariſ. *tract. de Reſignat. benef. lib. 7. quæſt. 14. nu. 23.* atque ita mox collatio ſpectat ad Papam, ſuper quo eſt *text. in cap. vlt. vbi DD. de conſuet. in 6. & in cap. Licet de Præbend. eod.* quam ſententiam probat idem Flam. Pariſ. *d. tract. de reſig. benef. lib. 2. quæſt. 19. nu. 11. & d. lib. 7. quæſt. 14. nu. 23.* Illamque frequenter ſequi Curiam Romanam docet Collectarius *in cap. Exhibita. nu. 9. de Rer. Permut.* Ex quo ſequitur beneficium in Curia coram Epiſcopo reſignatum, non poſſe ab eodem conferri. Quare quò cautum ſit re-
3. ſignatario, conſultum eſt vt reſignatio fiat extra Curiam in ſua Diœceſi, vel alterius; ita tutò expedietur collatio & permutatio etiam in Curia ab Epiſcopo ibi commorante. Super quo exſtat Rotæ placitum coram Puteo teſte eodem *deciſ. 167. lib. 1.*

Cap. XI. Svmmarivm.

1. *Epiſcopum facultatem auctorandi permutationes alteri delegare poſſe.*
2. *Iuriſdictio ordinaria fauorabilis, & eò extendenda.*
3. *Facultas delegandi auctoritatem expediendæ permutationis reſtringitur ad permutationes in genere, non in ſpecie.*

Quæſi-

QVæſitum eſt quoque an Epiſcopus facultatem accipiendi reſignationes beneficiorum ex cauſa permutationis,& poſtea conferendi,alteri delegare poſsit ? Dubitationem mouet textus in cap. deliberatione §. prohibemus de officio leg. in 6. vbi dicitur inferiores à Papa non poſſe committere alicui vt recipiat reſignationem beneficij, & poſtea illud conferat ; ne aperiatur via contra Lateranenſe Concilium ad beneficia vacatura. Eo tamen 1.
non obſtante dico Epiſcopum id poſſe, *cap. fin. de off. Vicarij & cap. Statutum de Præbend. in 6.* quibus in locis ſatis probatur Epiſcopum poſſe committere collationem beneficiorum ad eum ſpectantium ſuo Vicario generali. Non obſtat d. §. Prohibemus: quia articulus ibi propoſitus alius eſt à præſenti, in quo ceſſat ratio d. §. ſiue Concilij Lateranenſis, videlicet votum captandæ mortis: cùm detur hic tantum facultas recipiendi reſignationes & conferendi beneficia quæ ſunt permutantibus affecta, vt liquet *ex Clem. 1. de Rer. permut.* quod & probat Collectarius *in cap. exhibita in fi. de Rer. permut.* Taceo quod poteſtas ordinaria vt 2.
naturalis ſit latior & fauorabilior delegata; & ideò amplianda ad ea quæ expreſsè prohibita non ſunt iure communi *Geminia in d. §. prohibemus nu. 6. verſ. ſed contra.* Ex quo infero, Epiſcopum facultatem permutationes auctorandi 3.
alicui delegare poſſe, quod verum eſt in genere-

re, ſed in ſpecie ſeu ſingulari perſonæ deque ſingulari beneficio ſecus, eſt ne via aperiatur ad vacatura contra diſpoſitionem d.§. Prohibemus *Flam.Pariſ. de reſig.benef. lib. 7. quaſt. 29. nu. 3. qui ſcribit ita deciſum eſſe in Rota deciſ. 1. & 4. de offic. Vic. in antiq. & deciſ. 397. Si Epiſcopus. in no.*

Capitis XII. Svmmarivm.

1. *Epiſcopus auctor eſſe debet permutationum etiã beneficiorum quorum alij ſunt collatores.*
2. *Epiſcopus Regulariter permutationibus auctoritatem præſtat.*
3. *Poteſtatem habens conferendi beneficia vacantia ex conceſſione Superioris, an poſſit recipere reſignationes.*
4. *Inferior ab Epiſcopo auctoritatem permutationibus præſtat, ſi ius illud habeat ex conſuetudine partum.*

1. NOn ſolis Epiſcopis competit beneficiorum collatio, ſunt Patroni, ſunt & alij inferiores ad quos iure ſingulari plerumque ſpectat vel collatio vel confirmatio. Quid igitur in beneficiis quorum ſunt iſti collatores? quis permutationes beneficiorum expediet? iſtíne, an Epiſcopus? Mouet hanc quæſtionem Collectarius *in cap. cùm olim nu. 11. de Rer. permut.* qui tandem concludit permutationem expediendam per Epiſcopum, conſentientibus tamen

men illis quorum intereſt, id eſt beneficiorum collatoribus, habetque ſuæ ſententię ſubſcriptorem Io. And. *in clem. vnica de rer. permut.* Ratio eſt, quia facultas expediendi permutationes ſoli Epiſcopo regulariter eſt reſeruata *cap. quæſitũ ibi DD. de Rer. permut.* ideoque ipſe ſolus habet expedire, cũ eorũ tamen conſenſu quorũ intereſt *cap. ad hæc de officio Archid. quod & probat Fran. Suarez. tract. de Virtute & Statu Relig. lib. 4. cap. 32. Rota deciſ. 398. incip. Si aliquis Epiſcopus in nouis.* Ex quo ſequitur quod alibi decidit Rota *deciſ. 208. incip. Nota quod ſi cui in antiq.* habentem poteſtatem conferendi beneficia vacantia ex conceſsione ſuperioris non poſſe admittere reſignationem beneficiorum: cùm talis poteſtas ſpecialiter & expreſsè ei demandari debeat *text. in cap. Dudum in pr. de Prabend. in 6. Staphileus de litter. gratia tit. de variis modis vacat. nu. 15. & 16.* Prædicta limitabis, dummodo inferiores ab Epiſcopo facultatem auctorandi permutationes conſuetudine adepti non fuerint: hoc enim caſu certum eſt illis competere ius auctorandæ permutationis, vt ſuprà oſtendimus cap. 2. & 6.

2. (margin, beside "tio eſt")
3. (margin, beside "bentem")
4. (margin, beside "inferiores")

CAP. XIII. SVMMARIVM.

1. *Coadiutori interdicta eſt omnis ſpecies alienationis.*

2. In

2. *In generali mandato non cenſentur conceſſa quæ quis veriſimiliter non eſſet conceſſurus.*
3. *Coadiutoria cum futura ſucceſsione datur propter neceſsitatem Eccleſiæ & fauorem coadiuti.*
4. *Coadiutor eſt Prælatus, & vti talis curam habet animarum, & plenam & liberam adminiſtrationem, tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, & nu. 5.*
6. *Item poteſt beneficia conferre & auctoritatem præſtare permutantibus, quod verum in eo qui datus eſt Coadiutor dementi, alias non.*
7. *Viſitator ſeu adminiſtrator Eccleſiæ vacantis datus à Papa poteſt conferre, & recipere reſignationes ex cauſſa permutationis.*
8. *Coadiutor datus ratione ætatis non poteſt vnire nec diſmembrare, nec conferre beneficia.*

AN Coadiutor Epiſcopi cum futura ſucceſsione beneficiorum reſignationes & permutationes recipere poſsit, dubitari poteſt.
1. Pro parte negatiua facit quod Coadiutori ſit interdicta omnis ſpecies alienationis, *Io. de Imo. & Archid. in cap. Paſtoralis §. præſenti de Cler. ægrot. in 6. Achilles de Graſsis deciſ. vnica de Reb. Eccleſ. non alien.* & in generali mandato non cen-
2. ſentur ea conceſſa quæ quis veriſimiliter non conceſsiſſet *cap. cùm in generali de officio Vicarij.*
3. Pro Affirmatiua adducitur quod Coadiutoria cum futura ſucceſsione datur propter neceſſitatem Eccleſiæ & fauorem Coadiuti, *Puteus deciſ. 226. nu. 13. lib. 3. & deciſ. 98. verſ. fuit tamen reſolutum.*

ſolutum lib. 2. Item quia Coadiutor eſt Prælatus & vti talis habet curam animarum, *cap. de Rectoribus ibi glo. Innocen. & DD. de Clerico ægrotante glo. in c. Tua nos in verbo adminiſtrationis circa med. d. tit.* & vti talis Prælatus habet plenam & liberam adminiſtrationem *cap. 2. 7. q. 1. ibi glo. in verbo Curam omnem cap. grande de ſuppleud. negl. Prælat. Io. And. in cap. fin. nu. 8. & 9. de Cler. ægrot.* quod procedit non ſolum in temporalibus ſed etiam in ſpiritualibus, & propterea poteſt talis Coadiutor beneficia Eccleſiaſtica conferre, *Selua de beneficio part. 2. quæſt. 4. nu. 3. & ſeqq. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. 5. §. 9. nu. 3. & 4.* Ego tamen cum Oldroado *conſil. 44. nu. 3.* diſtinguendum autumo. Aut datur Coadiutor propter impedimentum intellectus, vt quia Coadiutus eſt demens, & tunc procedat affirmatiua, ſicque beneficia in illa Diœceſi vacantia conferre & per conſequens permutationibus auctoritatem præſtare, & pro hac parte faciunt not. Nauarri *Conſ. 3. nu. 4. de Cler. ægrot.* vbi docet non poſſe Coadiutorem Epiſcopi vel Archiep. conferre beneficia potente & volente conferre illa Epiſc. & Archiepiſc. & nolente vt conferat Coadiutor: quoniam Papa dat ei ſolùm poteſtatem exercendi iura ſpiritualia & temporalia quæ iure confert. Aut datur Coadiutor tantum ratione infirmitatis vel ſenectutis, & tunc procedit opinio negatiua, vt is non poſſit conferre vel reci-

4. 5. 6.

recipere reſignationes aut permutationes beneficiorum, niſi ſaltem de conſenſu Coadiuti: quam diſtinctionem probat & ſequitur quoque Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib. 7. quaſt. 20. nu. 23. & ſeqq. Franc. in cap. 1. §. fin. de Cler. agrot. in 6. Pauinus de poteſt. cap. Sed. vac. 2. p. q. 1. nu. 8. Coſmas in pragm. Sanctio. tit. de Collat. §. cui rei verbo Iuriſdictio. Selua de benef. 2. part. q. 4. Rebuff. de Nominat. q. 8. nu. 44. & ſeqq. Coraſius de benef. 2. part. cap. 4. nu. 44. Pet. Greg. de benef. cap. 39. nu. 20.* quamuis ſecus ſit in Viſitatore ſeu adminiſtratore eccleſiæ vacantis dato à Papa, *vt in cap. is cui de Electio. in 6. & cap. fin. §. fin. de Supp. neg. prælat. in 6.* vnde in vna Legioneñ. 17. Octob. 1548. fuit reſolutum quod Coadiutor ratione ætatis non poſſit vnire nec diſmembrare, nec cōferre beneficia, vt per Mandoſ. *Reg. 11. q. 5. nu. 8. probat Nicol. Garcia de Benef. parte 5. cap. 4. §. 3.*

CAP. XIIII. SVMMARIVM.

1. *A quo auctoranda permutatio, ſi beneficia permutantium in diuerſis diœceſibus exiſtant.*
2. *An per adeptionem ſecundi beneficij à compermutante vacet primum ſic quod poſſit à tertio impetrari: probatur negatiua Frederici.*
3. *Tempus à iure præfinitum non eſt intra quod conferenda ſunt beneficia ex cauſa permutationis renunciata.*
4. *Epiſcopus cogi poteſt à ſuperiore vt conferat benefi-*

neficia ex cauſſa permutationis renunciata.

5. *Si Epiſcopus nec ſuperior conferat, locus erit regreſſui.*

6. *Beneficia exteris conferri non poſſunt ex cauſſa permutationis renunciata, vbi extat conſuetudo ne exteris conferantur ſine Principis permiſſione.*

VSV ſæpè venit, vt permutare cupientes non ſolùm ſint diuerſæ diœceſis, verùm etiam beneficia quæ poſſident quęque permutare intendũt in diuerſis ſimiliter exiſtãt diœceſibus. Hîc ergo dubitatur coram quo expediri debeat permutatio? non pauci multa afferunt. Breuiter pro ſolutione, ſanior ſententia eſt (in quam it Pet. And. Gammarus *ad cap. vnicum de Rer. permut. nu. 134*) exiſtimantium tutius eſſe Epiſcopum vnius permutare cupientium vices ſuas alteri committere, vt in inſtãti per ipſum tota expediatur permutatio, quam vt ex interuallo peragatur: id quod fit cùm quilibet permutãtium renuntiat in manus ſui Epiſcopi beneficium quod intendit permutare, vt poſtea collationes vtrobique ſubſequãtur: hæc enim poſterior permutatio non videtur rite facta: propterea quod ſimulatque (verbi gratia) tibi collatum eſt beneficium meum, & tu recepiſti, ac poſſeſsionem eius accepiſti, vacauit tuũ *per cap. de multa de præb.* atque ita 1.

ita non potes poſtea reſignare quod iam perdidiſti *Collect. ad cap. exhibita. nu 18. de rer. permut.* Hanc tamen opinionem diſplicere video Frid.
2. de Senis *tract. de permut. benef. quaſt. 11. nu. 19.* cùm eiuſmodi renuntiationes factæ ſint ex cauſa permutationis, neque ex altera expediri poſſint, *Rota deciſ. 1. nu. 3. de Rer. permut. in No.* ideoque explodenda eſt d. opinio, maximè ſi ſermo ſit de ſimplicibus beneficiis & non curam animarum habentibus, aut aliàs incompatibilibus, de quibus loquitur diſpoſitio d. cap. de multa. Nam in his per adeptionem ſecundi ex cauſſa permutationis, illiusque retentionem ad duos puta, vel tres menſes, non vacat primum: cùm collatio ex permutatione etiam diuerſis temporibus fieri poſsit *DD. in cap. vno de Rer. permut. in 6.* Et ſic limitatur inquit Rebuffus *in praxi tit. de Permut. benef. ſiue ad Reg. Cancell. de infirm. benef. reſig. tit. de permutatione glo. 14. nu. 39.* Regula, quod per pacificam poſſeſsionem ſecundi incompatibilis vacet primum, tum quod non intenderet compermutans beneficium illud retinere, vt dicitur in
3. cap. Execrabilis in Extrauag. tum quod à iure tempus non ſit præfinitum ad recipiendas permutationes: *Paulus de Aleazariis in Clem. vnica de Rer. permut. & in Clem. quia contingit, de Relig.*
4. *domib.* ideoque poterit Epiſcopus etiam poſt ſex menſes conferre, quod ſi recuſet poterit cogi à Superiore *cap. nullus de Iure patron.* vel Superior

perior poterit conferre, vt poſt Fred. de Senis *d. tract. quaſt. 29.* ſcribit Rebuffus *d. loco.* Quod ſi nec Ordinarius, nec Superior conferant, tunc locus erit regreſſui, vt quilibet permutātiū propria vt volūt quidā auctoritate ad ſuū redeat beneficiū *Io. Nic. tract. de permut. ben. cap. 8. in fi.* & latius dicam infra part. 3. cap. 9. 5.
Verum quid iuris, ſi alter permutantium ſit alienigena, exſtetque conſuetudo in ditione alterutrius permutantium (cuiuſmodi eſt in Hiſpania, Gallia, Brabantia) beneficia exteris non poſſe conferri? perſpicuum eſt permutationem cum alienigena factam non ſubſiſtere niſi Principis interueniat indulgentia, *Abb. in cap. Bona 2. de Poſtul. Prælat. Rebuff. in praxi tit. de reſcript. miſtis nu. 7.* 6.
Externi enim ſeu alienigenæ non admittuntur ad beneficia ſine Principis conſenſu, idque ex priuilegio ſeu vſu antiquiſſimo, vt teſtatur Io. de Selua, *de Beneficio 2. part. quaſt. fin.* Io. Bened. *in cap. Ramutius, verbo & vxorem in fi. & de Teſtam.* Io. Ferralt *tra. de Priuileg. Regum Fran. Iure 8.* 7.

CAPITIS XV. SVMMARIVM.

1. *An Abbas auctoritatem præſtare poßit permutantibus.*
2. *Exemptus poteſt, non exemptus non poteſt. 3. limita nu. 6.*
4. *Exēptus habet Eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas.*

5. Et Omnimodam Iuriſdictionem in Monachos.

IN Archimandrita ſeu Abbate dubitatur an is auctoritatem permutationis faciendæ in-
1. ter duos monachos ſubditos ſuos de beneficiis ad ſuam collationem ſpectantibus præſtare poſsit? Dubium mouet, primo quod hæc auctorandi facultas Epiſcopo ſit reſeruata, vt nō ſemel ante oſtenſum eſt. Secundo, quod licet Abbates poſsint inſtituere in Eccleſiis ſibi ſubiectis, inſtituti tamen non adminiſtrant niſi de licentia Diœceſani: quia dicti Abbates ſubſunt Epiſcopis, vt ſcribit Durandus *de modo cong. gener. conc. rub. 4. nu. 35. & Hugo de off. quat. prel. tit. de off. Epiſ. verſ. ſimpliciter nu. 4.* Res diſtinctiuncula expediatur: Aut ſermo eſt de Abbate non
2. exempto à Iuriſdictione Ordinarij, & is non poterit auctoritatem præſtare permutantibus, rationibus ſupradictis: Aut de Abbate exempto vt ſunt Ciſtercienſes, Cluniacenſes alijque
3. pene omnes, & is poterit, *Abb. in cap. quæſitum. nu. 4. de Permut. benef.* cùm poſsit recipere reſignationes beneficiorum ad ſuam collationem ſpectantium vt voluit Rota teſte Flam. Pariſio *tract. de reſig. benef. lib. 7. quæſt. 15. nu. 3.* aſſertque rationem hanc, quod Abbates exempti à
4. iuriſdictione Epiſcopi habeant Eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas, & per hoc habent ius Epiſcopale & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem *Innó. in cap. 2. verſ. de Abbatibus de tranſlat. & probatur in cap. Abbates in fi. de priuileg. in 6.* Imò omni-

omnimodam iuriſdictionem in ſuos mona- 5.
chos, & loca pleno iure ſibi ſubiecta iuriſdictionem Epiſcopalem vel quaſi *cap. 1. & 2. de ſtatu monach. cap. ſicut tuis de Simonia, cap. Significaſti de foro compet. glo. & DD. in cap. cùm Eccleſiarum de off. ord.* Notes tamen, Abbatem etiam
non exemptum permutationi auctoritatem 6.
præſtare, ſi ius illud auctorandi præſcriptione acquiſierit, per ea quæ ſuprà notaui cap. VI. quod & probat Io. Nicol. *in Enchrid. tit. de Permut. benef. cap. 4.*

CAP. XVI. SVMMARIVM.

Vtrum Præpoſitus & Archidiaconus poſſit permutationes expedire?

DIximus de Epiſcopis, Vicariis, Legatis, Abbatibus, & Capitulo Sede vacante; quid in Præpoſito & Archidiacono? an ij permutationi auctores eſſe poſſint? Breuiter dicendum, ſi ex priuilegio vel aliàs habeant ius Epiſcopale, vti apud Eburones & alias huius Belgij ditiones, in pleriſque beneficiis in quibus ius inſtituendi habent, poſſe eum auctoritatem permutationibus præſtare, per ea quæ ſcribit Mandoſius *Reg. 26. Cancel. quæſt. 6. nu. 4.* Nam hoc caſu poſſent recipere reſignationem cùm habeat facultatem inſtituendi & deſtituendi. *Card. Pariſ. conſ. 22. nu. 4. vol. 4. quem citat Pariſ. de Reſig. benef. lib. 7. quæſt. 16.*

CAP. XVII. SVMMARIVM.

An beneficia ex cauſſa permutationis reuunciata debeant conferri intra ſex menſes.

QVæſtionis eſt, an quemadmodum Ordinarij Collatores debent conferre beneficia vacantia intra ſex menſes à tempore ſaltem ſcientiæ numerandos, *cap. nulla 2. de Conceſſ. præb.* & *cap. licet de ſupplen. neg. prælat.* & *Clem. 1. eod. tit.* ita etiam debeant intra dictum tempus beneficia ex cauſſa permutationis renunciata permutare volentibus conferre? & quidem nullum à iure præfinitum eſſe tempus in hoc caſu permulti ſunt qui adſtruunt, quos appellat Nicol. Garcia *tract. de Benef. part. 10. cap. 4. nu. 2.* quamuis, inquit, Io. Nicol. Delphin. *tract. de Iure patron. lib. 2. quæſt. 11.* teneat etiam in beneficiis prætactis habere locum *text. in d. cap. 2.* & ſic Epiſcopum intra ſemeſtre teneri conferre beneficium in ſuis manibus reſignatum ex cauſſa permutationis: quod eſt falſum, inquit, quia in collatione neceſſaria non habet locum ille textus, ſed in habente liberam poteſtatem conferendi, *Selua de Benef. 3. part. quæſt. 64. nu. 2.* Sed hac de re eſt videnda Conſtitutio Gregorij XIII. *de Publican. Reſignat.* ad quam ſcripſimus in not. *ad Reg. Cancell. Reg. 36.* & quæ infra notauimus cap. XV. part. 3. Si tamen is qui debet inſtituere, vel confirmare, aut conferre permutata ſit negligens, & differat ſeu

recu-

recuſet id facere, recurrendum erit ad Superiorem, nempe Metropolitanum, vel Legatum, aut Nuncium, qui tempus præfigat intra quod id faciat, quo elapſo, ipſe ſupplebit vel compellendo, vel inſtituendo, &c. licet eo caſu Bellamera *de Permut. benef. 5. part. q. 1.* velit permutantes redire poſſe ad ſua beneficia, vt latiùs notat idem D. Garcia *de benef. cap. 4. nu. 2. & ſeqq.*

CAP. XVIII. SVMMARIVM.

1. *An permutatio quandoque licitè expediri queat ſine Superioris auctoritate?*
2. *Beneficiis priuandi qui propria auctoritate permutant.*
3. *Proprietas vel prædia ipſa benef. propria auctoritate permutari poſſunt.*
4. *Idem dicendum de beneficiis quæ in mera temporalitate conſiſtunt.*

MOuet dubitationem Innocentius in cap. quæſitum de Rer. permut. vbi probat 1.
tum demum interuenire debere ſuperioris auctoritatem, cum tractatur de Præbendis quæ in diuerſis Eccleſiis ſunt, vel de Præbendis quæ intra eandem Eccleſiam diuerſo iure cenſentur vt quæ diuerſa habent onera vel munera; ſi autem ſunt Præbendæ eiuſdem Eccleſiæ & eiuſdem rationis, tum ſine Superioris auctoritate permutari poſſe ſcribit, & vnà cum eo

Card. & Inno. *in d. cap. quæſitum.* Attamen hanc ego opinionem nequaquam probo: cùm nulla exceptio in iure ſcripto inueniatur à Regula quæ dictat permutationes expediendas eſſe cum Superioris auctoritate, adeò vſque vt
2. beneficiis priuandi ſint qui propria auctoritate illa permutant. *cap. Cùm olim de rer. permut. Franc. Suarez tract. de Virtute & Statu relig. lib. 4. c. 32. nu. 16.* vt ſuprà latius oſtẽdi cap. 2. Quãquã
3. eo caſu permutationem auctoritate propria factam admiſerim, cum proprietas rei ſpirituali annexa eſt permutata, non res ipſa, vel titulus, quod exemplificat Redoanus *tract. de Simonia part. 3. cap. 21. nu. 2.* in duobus Epiſcopis qui litigant ſuper aliqua Eccleſia quam vnus prætendit eſſe ſubiectam ſuæ Iuriſdictioni Diœceſanæ, alter verò qui poſsidet negat, hoc enim caſu poteſt fieri inter ipſos litigantes tranſactio & permutatio etiam ſine Superioris auctoritate, quòd vnus habeat vnam Eccleſiã ſibi ſubiectam, alter verò aliam. aliud autem eſſet ſi ageretur de re ſpirituali quæ petatur tanquam beneficium, vt cum agitur vt aliquis recipiatur ad beneficium, vel ad prælationem vel intituletur in eo: quod fieri non poteſt per tranſactionem aliámve conuentionem ſine Superioris auctoritate: quia eſſet ſimoniacum: cum talia quæ non poſſunt fieri ſine canonica inſtitutione, non fiant, nec fieri poſſunt ſola auctoritate contrahentium *glo. in cap. ſuper*

eo de tranſact. in verbo ſuper re ſacra Redoanus loco ſuprà citato. Limita ſecundo licitam eſſe permutationem propria auctoritate quando fit de beneficiis ſeu præbendis, quæ conſiſtunt in mera temporalitate, puta pro ſoluendis ſalariis Aduocatorum, Procuratorum, Muſicorum, & ſimilium, *cap. cum M. ibi glo. & DD. de Conſtit. Cardin. in clem. fin. nu. 11. de Prabend.* Imò tales præbendæ vendi poſſunt abſque aliqua ſimoniæ labe, *Caputaquen. deciſ. 237. nu. 1. & per tot. & deciſ. 356. nu. 6. part. 2. Rota deciſ. 265. nu. 2. part. 2. Diuerſ.* Tertio & poſtremo limita cum non tituli beneficiorum, ſed ipſa prædia ſeparatim ſingulis beneficiis applicata permutantur inter eiuſdem Eccleſiæ Canonicos, quæ limitatio eādem quoque rationem habet, quòd propriè non beneficia, ſed res merè temporales commutantur, *Boëtius Epo, de Satur. permut. benef. iure nu. 66.*

4.

5.

CAPITIS XIX. SVMMARIVM.

1. *In permutatione conſenſus quorum intereſt interuenire debet.*
2. *Patroni ſiue Laici, ſeu Eccleſiaſtici ſunt vocandi in permutatione & vnione.*
3. *Aliàs eiuſmodi actus per patronum poſſunt irritari.*

4. *Patronus beneficij poteſt annullare permutationem intra ſex menſes à die permutationis.*
5. *Permutatio facta abſque conſenſu patroni non eſt nulla ipſo iure, ſed annullanda.*
6. *Patroni cõſenſus ex interuallo interuenire poteſt.*
7. *Permutatio fieri non poteſt ſine conſenſu eorũ ad quos electio, vel collatio vel præſentatio ſpectat.*
8. *Facta mentione Iuris patronatus, Papa cenſetur ei derogaſſe.*
9. *Papa poteſt Iuripatronatus derogare.*
10. *Quid ſi Patronus vel ij quorum intereſt conſentire nolint permutationi expediendæ?*
11. *Quid ſi vocati contumaciter abſint?*
12. *Epiſcopus poteſt Patrono inuito, ſi is non legitimam contradicendi cauſam afferat, permutationem expedire.*
13. *Renuncians beneficium ex cauſſa permutationis ſine conſenſu patroni, renunciatio nulla eſt, nec datur regreſſus, limita vt ibi.*
14. *Negligentia patroni conualidat permutationẽ.*

NOn ſatis eſt ad validitatem Permutationis, vt Ordinarius, vel ij quibus iuis competit auctoritatis præſtandæ, permutare volẽ-
1. tibus adſint, niſi etiam quibus præiudicio eſſe poteſt permutatio, conſenſus eorum interueniat, *glo. in cap. vnico in verb. conferantur de rer. permut.* Hinc fit vt ſuperiores, ſcùm beneficia manualia permutantur, item Patroni laici, ſiue etiam Eccleſiaſtici cùm beneficia Iu-
2. ris patronatus commutantur, ſint vocandi

cap.

cap. dilectus de Iure patron.cap.decernimus 16.quæſt. 7. And.Gammar. ad d.cap.vnicum nu. 110.de rer. permut.Gigas de penſiõ. quæſt.23.nu.4. & 5. Patronorum enim intereſt, ne beneficati beneficia dimittant ipſis ignaris *cap. in Lateranenſi de Præben.* ne fortè beneficiis præficiantur imperiti & inhabiles, vel fortè Patronis inimici, ex quo patroni &alij,à piis fundationibus alienarentur, vt poſt gloſſam *in cap. cum dilectus de iure patron.* ſcribit Flam. Pariſius *tract. de reſig. benef.lib.2.quæſt.4.nu. 8.* Ex quo efficitur actum permutationis, vt & vnionis. *Gigas de penſio. d. quæſt.23.nu.7.*his quorum intereſt neglectis expeditum,nullius eſſe roboris, & poſſe per eoſdem irritari intra ſex menſes à tempore ſcien- 3. 4.
tiæ computandos,*Fred. de Senis.tract.de Permut. quæſt. 31. Felij & Abbas in c. quia veriſimile de Præſumpt.Pariſ.conſ.130.vol.4.Cagnol.in repet. l. 2. nu. 56.cum ſeq.de reſcind.vend.Crauetta conſil.83.nu.2.* ſiquidem contradicant *Felij in cap.Cùm Bertholdus.nu.15. de re iud.Bellamera deciſ.181. per tot. Rota in cauſa Gerunden. Præſtimonij 5. Iulij 1593. coram litta:* alioqui ſcientia & patientia habetur pro conſenſu; imò,mandaſſe eo caſu cenſentur *Rota deciſ. 203.part.3.diuerſ.*Aduerte interim,illis ſpretis, aut ignorantibus permutationem ipſo iure nõ nullam eſſe, ſed ope exceptionis, 5.
ideoque per ſententiam annullandam *cap.quod ſicut de electio.cap.Cùm in Eccleſiis de præb.in 6.Fred. de Senis tract.de permut.benef.quæſt. 30. Rota deciſ.*

308.

308.in nouis.Bellamera deciſ.88.Capella Tholoſ.deciſ. 107.ibiq; Aufrer.Bertrandus, adde Coraſ. de Benef. 4.part. cap.vlt. nu 29. Io.Nicol.Delphin.de Iure patro.lib.2.nu.133.Fallentia 6. & nu.135. Couar.pract. quaſt. cap.36. nu.0. Suarez in theſauro recept. ſent. verbo benef.permutatio. Proſper de Auguſtino in addit.ad ſummã in Bullarij quaranta: & tenuit rota in vnã Gerunden. permut. coram D.litta. Maſcardus concluſ.178. de Probat. conſil. 467. nu.5. vbi ſcribit ex communi opinione patronos poſſe agere contra permutationem de contemptu eorum & eam irritam facere,& hoc intra ſex menſes à tempore notitiæ permutationis, in quã ſentẽtiã non paucos alios appellat.Ratio verò quam afferunt quod non nulla ſit ipſo iure, eſt quod ſuperueniens patroni conſenſus (poteſt enim ex poſt facto interuenire.vt dixi & not.*Hoſtieſ. in ſumma de iure patrõ,Lud.Roman. cõſil. 356. nu. 7. Fran.Marcus deciſ.1123.nu.3.Rota d. deciſ.308. alias 307.Coras.de benef.eccleſ.cap.6.nu.25.& dixi ſuprà quaſt. 2.*)cõfirmet actũ permutationis:ſi enim nullus eſſet actus ratificari non poſſet *per cap. auditis de Electio.Rota d.deciſ. nu.1.* Cui tamẽ ſententiæ non mediocriter obſtare videtur cap. Decernimus 16.quæſt. 7. vbi collatio beneficij per Epiſcopum alteri facta, quam præſentato per patronum decernitur irrita ſeu nulla.Verũ huic obiectioni reſpondemus cũ Boetio Epone Anteceſſore Duaceno *in cap. Cum olim 7.de Rerum permut.*illic de permutatione nõ agi, ſed

de

de vltronea Epiſcopi collatione beneficij non permutati, ſed ſimpliciter vacãtis, vbi patroni nominatio ſeu præſentatio iam locũ inuenerat. Plus. q. permittitur Epiſcopo in beneficiis permutatis vtpote nõ ſimpliciter vacantibus, quã in beneficiis ſimpliciter vacãtibus vbi collatoribus & patronis acquiſitũ iam eſt ius. Ex quibus hactenus adductis facilè apparet non poſſe expediri permutationẽ, niſi cõſultis his quorũ eſt Clericũ ad beneficiũ eligere, nominare, præſentare, vel cõferre, vt quãdo beneficiũ eſt electiuũ, & ius eligendi ſpectat ad Collegium Canonicorũ, vel aliorũ, *Milis in Repert. verbo Permutatio beneficiorum. Paulus de Cittadinis de Iure patro. art. 3. q. 52. Azorius lib. 7. Inſtit. moral. par. 2. cap. 29.* vbi quoq; addit quod iam diximus nõ eſſe ipſo facto irritam permutationem, ſed irritandam & diſſoluendam his quorum eſt præſentare, conferre, vel eligere neglectis non aditiſve, qui ſi contradicant tunc eſſet nulla: ita quod absque alia caſſatione vel declaratione poterit præſentatio, collatio, ſeu electio fieri, niſi tamen talis permutatio expediatur propter neceſsitatẽ vel vtilitatẽ ipſarũ eccleſiarũ, *Lapus & Franc. in c. Vnico, nu. 7. de Rer. permut. in 6.* vel corã Papa, qui poteſt iis inuitis cõferre & diſponere, *Nicol. Garcia tract. de benef. l. 11. cap. 3.* facta tamẽ mẽtione Iurispatronatus, vt dicemus infra c. 21. quo caſu Papa cẽſetur Iuris patronatus laicorũ derogare, *Lapus alleg. 96. verb. beneficia*: modò nõ ſit Iuspatronat⁹ Regũ, Ducũ,

Marchionum vel alterius Principis quo caſu requiritur expreſſa & ſpecifica derogatio, vt
9. habet Regula Cancellariæ 40. Poteſt enim Papa derogare ſi velit iuri patronatus, ſiue patronatus ſit Eccleſiaſticus, ſiue Laicus, ſiue mixtus, ex communi DD. ſententia *in cap. Dilectus de Iure patro. Mohedanus deciſ. 156.* Ratio eſt, quia hoc ius cõceſſum eſt à Pontificibus principaliter propter bonum Eccleſiæ, vt illa haberet in occaſione defenſores; ſecundariò in honorem ipſorum fundatorum, vt ſcriptum reliquit Leſsius *de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 34. Dub. 9.* Ergo quando S. Pontifex iudicat Eccleſiæ expedire vt non expectet patronorum præſentationem, vel vt alteri conferat, poterit liberè conferre: quia ſemper magis debet haberi ratio finis principalis, quàm ſecundarij, *Leſsius d. loco.* Verum, vt ad quæſtionem propoſitam re-
10. grediar, quid ſi patroni vel ij quorum intereſt ſine cauſſa contradicãt? Communis opinio inualuit, vt ſi permutatio ſit vtilis Eccleſiæ, vt ſi fiat ob neceſsitatem Eccleſiæ euidentem, ſola contradictio ſine cauſa legitima impedire nõ poſsit quo minus permutatio expediatur *tit. de his quæ fiunt à ma. par. capit. Redoanus tract. de alien. rer. eccleſ. quæſt. 19. nu. 41.* Imò eo caſu cogi poterunt vt conſentiant teſte Panormit. *in cap. Quæſitum de rer. permut. Rebuffo in 5. parte ſignat. verbo, necnon Iuris patronatus nu. 43. & in praxi beneſ. tit. de permut. nu. 22.* qui ſcribit commu-
nem

nem vſum obtinuiſſe permutationes rectè expediri ab Epiſcopo, patrono vocato etiamſi is contradicat: ſuper quo extare ampliſſ. Ordinis Pariſienſis placitum refert; cui conformis eſt S. Congreg. Concilij Triden. *ad cap. 9. ſeſſ. 25. declaratio* in hæc verba: In permutatione beneficij Iuris patronat⁹ nō requiritur cōſēſus patroni, ſed ſatis eſt illum tantum requirere: quod intellige ſi eiuſmodi permutatio ſit vtilis Eccleſiæ, vt notat idem Garcia *d. cap. 3. nu. 28. & Leſſius de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 34. Dub. 36. nu. 198.* Rurſum quid ſi vocati ſint, ſed contumaciter abſint? conſiderandi ſunt duo articuli iam ante dicti, quod aut permutatio fit propter vtilitatem, vel neceſsitatem Eccleſiarum, & tunc illis vocatis & non comparentibus poteſt Epiſcopus vel alius Superior permutationem expedire, quòd contumacia præſentem & conſentientem reddat eum qui legitimè vocatus eſt, *Feliy. in cap. Cùm Bertholdus nu. 13. verſ. Conſiderabam duos caſus.* Imò nec illis vocatis eo caſu ſubſiſtet ex dictis, & notatis per Mādoſium *in Reg. Cancell. 32. quæſt. 9. nu. 4.* quia vel ipſis inuitis poſſet Superior ſi præſentes eſſent & contradicerent, nec iuſtam contradicendi cauſam afferrent, *arg. eorum quæ not. in cap. Eum. de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſer. in 6. Panor. in cap. nullus de Iure patron.* Aut permutatio fit ob neceſsitatem vel vtilitatem perſonarum, vel voluntariè tantum, & tunc huiuſmodi abſentia

11. 12.

tia pro contradictione habetur, & impedit permutationem, quòd ipſis inuitis expediri nequeat eiuſmodi permutatio, atque ita irritari poteſt: nec dabitur regreſſus permutanti
13. ſine conſenſu patroni *cap. quamuis de Reſcript. in 6. vbi glo. Alciat. Reſpon. 47. nu. 2.* quod verum eſt ſi eſſent in culpa, vt quia habuerunt notitiam Iuris patronatus *Fred. de Senis de Permut. quaſt. 6. & 7. Rebuff. in praxi tit. de Permut. nu. 17. Aufer. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 261. nu. 3. Caſſad. de ciſ. 1. nu. 2. de Rer. permut. Achilles de Graſſis deciſ. 403.* & ita in vna Salmantina penſionis 13. Iulij 1586. coram D. Bubalo fuit reſolutum, quod quando permutatio ſeu reſignatio conditionalis culpa reſignantis non habet effectum non poteſt redire ad ſuum beneficium. Nec excuſat in propoſito ignorantia iuris, cùm requiratur ignorantia probabilis, *Gamb. de Rer. permut. 114. & 115.* licet Bellamera *deciſ. vlt.* ignorantiam iuris etiam excuſare dicat, quia agitur de damno vitando: verum hoc procedet in ignorantia iuris dubij & difficultatem habentis, vt *in deciſ. 214. Diuerſ. part. 1.* Si tamen poſt permutationem factam non vocato patrono lapſum ſit tempus præſentandi, eo caſu negligentia patroni conualidat id quod erat eo inſtante irritabile *Cagnolus ad l. quo ab initio. nu. 4. ff. de reg. Iur.* quam opinionem probat *per cap. Si tibi abſenti. de Præbend. in 6. Panorm. in quadam ſua ſolenni diſputatione, incip. Augerio patronatum.*

Cap.

CAP. XX. SVMMARIVM.

1. *Vtrum præſumendum ſit patronum fuiſſe vocatum.*
2. *Solemnitas extrinſeca quæ dicatur.*
3. *Solemnitas extrinſeca non præſumitur etiamſi extrema probata eſſent. & nu. 4.*
5. *Fallit in eo qui poſſeſſionem pro ſe habet decennalem. Limita vt nu. 7. & 8.*
6. *Arbitrio Iudicis relinquitur quæ temporis diuturnitas requiratur, vt ſolemnitas extrinſeca præſumatur.*

DIximus ſuperiori capite in permutatione vocandos eſſe eos quorum intereſt eam expediri vel non expediri, nunc quæri poteſt, 1
vtrum ſi dubitetur, an vocati ſint ij quorum intereſt, vocati præſumãtur? Hæc quæſtio pēdet à ſolutione alterius: an ſolemnitas extrinſeca præſumatur? Extrinſecam ſolemnitatem cum Menochio *3. de præſumpt. cap. 132.* appello 2
quæ eſt extra actum ipſum, & ſine qua actus ipſe per ſe ſtare poteſt. Quoad igitur prædictam quæſtionem, generalis eſt concluſio ſo- 3
lemnitatem extrinſecam non præſumi, Maſcardus *tract. de probat. concluſ. 1322. nu. 1.* cum ea facti ſit, & facta non præſumantur, *l. in bello §. facti ff. d. cap. & poſtl. reuerſ.* quod adeò verum eſt, vt etiamſi media probata eſſent nihilo magis præſumeretur. Vnde ſi probatum eſt beneficium patronatum vacaſſe, & Clericum ab 4
Epiſ-

Epiſcopo inſtitutum, non tamen præſumetur medium, hoc eſt præſentatio à Patrono facta, Ita poſt Romanum in *l. ſciendum quæſt. 9. ff. de verb. oblig.* Menochius *d. loco nu. 31.* quibus adde Collectarium *in cap. cum olim nu. 8. de rer. permut.* Intereſt tamen diſtatque plurimum, an is qui allegat ſolemnitatem interueniſſe ſit in poſſeſſione, an non. Priore caſu, ſi ei qui eſt in poſſeſ-
5. ſione negotium exhibeatur ab eo qui ſolemnitatem adhibere debuit, dicimus tum præſumi ſolemnitatem adhibitam, ſi eam allegans iam curſu decem annorum poſsideat *Caſtren. conſil. 202. in cauſa confinium nu. 3. lib. 1. Alex. conſil. 79. nu. 4. lib. 1. Feli. in cap. ſicut nu. 29. de ſent. & re iud. Goz. ad. conſil. 11. nu. 12. & alij quos appellat Menochius d. loco.* Altero verò caſu ſi non ſit in poſſeſsione, ſed adeſt ſolum curſus temporis, tunc plerique exiſtimãt tempus requiri viginti annorum. *Anchor. conſil. 222. ſubtiliter col. 1. in fi.* alij curſum longiſsimi temporis, videlicet triginta annorum, Crauetta *de antiq. temp. in 3. parte*
6. *per nu. 15.* Menochio viſum eſt id totum relinqui arbitrio Iudicis, qui perpenſa perſonarum & facti qualitate, metietur quanto temporis interuallo ſolemnitas extrinſeca interueniſſe præſumatur. Aduerte tamen quod diximus ſo-
7. lemnitatem extrinſecam præſumi curſu decẽnij accedente poſſeſsione, & tricennij ſine poſſeſsione, limitari vt non procedat quando aliqua efficaciori præſumptione cõſtaret ſolemnitatem

nitatem hâc extrinſecam minus legitimè fuiſſe adhibitam, ita poſt Abbatem *in cap. Albericus de teſtibus* Grauettã *de antiq. temp. d. 3. part. princ. nu. 3.* Menochius *d. cap. 132. nu. 83.* vbi etiam *nu. 85.* ſcribit præſumptionem ortam à diuturnitate temporis admittere probationem in contrarium. Secundo non procedit quando non apparet de ſcientiâ & patientia eius de cuius præiudicio agitur, niſi tamen ſciens actum impugnare non poſſet, teſte eodem Menochio *nu. 91. & ſeq.* quem vide pluribus ſuper hac re diſſerentem, & cum eo Maſcardum *tract. de Probationibus concluſ. 1323. nu. 49.* 8.

CAP. XXI. SVMMARIVM.

1. *Non eſt vocandus Patronus Laicus ſi permutatio in Rom. Cur. expediatur. Limita vt nu. 4.*
2. *Papa in beneficiis pleniſſimam habet poteſtatẽ.*
3. *Pontifex non præſumitur in dubio derogare iuri patronorum.*
5. *Impetratis carere debet, qui ſubticet ea quæ Principem retardare poſſent ad concedendum.*
6. *Nulla facta mentione Iuris patronatus laici, permutatio in Curia expediri non poteſt, etiamſi alterum tantum beneficium permutandorum ſit de patronatu laici.*

QVæſitum eſt inſuper, an ſi permutatio apud Rom. Curiam expediatur, debeántne vocari patroni laici? Collectarij antiqui 1.

Doctoris opinio eſt non vocandos *in cap. quæſitum de rer. permut.* probatq́; *Nicolaus Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 3. nu. 16. & 24.* Neque caret
2. ratione: nam cum Papa in beneficiis plenisſimam habeat poteſtatem *Clem. 1. in fi. vt lite pend.* videtur qnod vires etiam habere debeat permutatio ab eo facta, etiam ſpreto laico patrono. *glo. Clem. per literas de prabēd. & c. cùm dilectus,*
3. *de Iure patron.* Ego ſecus puto: cùm non ſoleat vel velit S. Pontifex imò nec præſumatur ius alteri quæſitum aut datum auferre, niſi de eius voluntate conſtet euidenter *Fel. tract. quando littera apoſt. noceant patron. Eccleſ. nu. 1. Coraſ. de Benef. Eccleſ. in fi. tract. Rota deciſ. 331. nu. 5. in nouis. Lap. alleg. 96. Achilles de Graſſis deciſ. 326. nu. 2. Io. Nicol. in ſuo Enchrid. tit. 5. cap. 7. nu. 8.* cùm alioqui à fundationibus quarum contemplatione ius patronatus adepti ſunt homines abalienarentur. *glo. in cap. cùm dilectus de iure patronat. Feli. in tract. quando litt. apoſt. Iur. pat. derog.* atque
4. ita ſeruari in Romana Curia teſtantur Regulæ Cancellariæ. Prior tamen opinio poſſet ſuſtineri, ſi in actu permutationis Iurispatronatus facta ſit mentio vt diximus ſuprà cap. XIX. quia tum Papa cenſetur derogare iuripatronatus Laicorum, *Lapus alleg. 96. in verbo Beneficia. Franciſcus de Paunis tract. de officio & pot. cap. ſede vacan. part. 2. quæſt. 2. verſ. adde etiam quod non valet.* niſi ſit Iuspatronatus Regis, Ducis, Marchionis, quo caſu expreſsè & determinatè fieri debet

debet derogatio, vt habetur *in Reg. Cancellariæ 41. de Derogat. Iuriſpat.* ad quam latè ſcripſimus. Non facta ergo mentione Iuriſpatronatus, aut non habita illius derogatione, non ſubſiſtet permutatio beneficij Iuriſpatronatus: ne patroni ſine eorum culpa priuentur facultate præſentandi contra cap. decernimus 15. quæſt. 6. cap. paſtoralis & tot. tit. de iurepatron. *Abb. & Feliꝗ in c. cùm Bertholdus de re iudicata*: atque ita ſuccedet communis regula, quod mentione non facta omnium quæ Principem retardare poſſent, ad concedendum corruant conceſſa 5.
DD. in c. poſtulaſti & c. pen. de Reſcript. Abb. in c. in noſtra col. 1. de reſcrip. atque hæc poſtrema opinio, ſcilicet vocandum patronum laicum, ſi in 6.
actu permutationis nulla illius Iuriſpatronatus facta ſit mentio, ampliatur etiamſi alterum tantum permutandorum beneficiorum ſit de patronatu laici: nam adhuc non poterit, nec per Papam quidem ſine conſenſu vel præſentatione laici permutatio expediri, vt ſcripſit Auctor Commentarij Analytici *ad Reg. de Infirmis Reſig. nu. 44. & Couar. Pract. quæſtio cap. 36. nu. 9.* vbi ſcribit quod permutationes quæ fiunt in Curia non facta mentione Iuriſpatronatus, quod non valeant ſintque ſubreptitię: quod & probat Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 11. cap. 3. nu. 21.* Aduerte tamen ex eodem Garcia, quod non ſunt abſolutè

nullæ, ſed annullandæ patrono intra tempus præſentandi contradicente propter præiudicium illius cui Papa non intendit præiudicare, & ita planè tenet Couar. loco præcitato. Si verò permutatio fieret coram Ordinario patronis inuitis ſeu contradicentibus, tunc eſſet nulla, ſic quod abſque alia caſſatione vel declaratione poterit præſentatio ſeu collatio fieri; niſi talis permutatio fiat propter neceſsitatem vel vtilitatem ipſarum Eccleſiarum, *Frāc. in cap. vnico de Rer. permut. Garcia d. cap. 3. nu. 23. quod & ante diximus cap. XIX.*

Cap. XXII. Svmmarivm.

1. *An ſubſiſtat Permutatio cum conditione, ſi Patrono placeat.*
2. *Reſignatio beneficij facta coram non Superiore cum lege ſi Superiori meo placuerit, valet.*
3. *Illud, limita ſi quidem Superior poſtea ratificet:*
4. *Alioquin non ſubſiſtit.*
5. *Patrono non ratificante, nulla eſt permutatio inita cum conditione Si patrono placeat.*

1, Sed an permutatio fieri poſsit, cum lege ſi Patrono placeat? quæritur. Dubitationem mouet quod renuntiatio pura eſſe debet *cap. fin. de Pactis.* Dicendum reſolutiuè ſubſiſtere permutationem prædicto modo factam: ſiquidem valet renuntiatio beneficij facta co-
2. ram non Superiore cum conditione ſi Superiori

riori meo placuerit vt poſt Felij.*in cap.cum contingat.nu 17.de offic.deleg.* ſcriptum reliquit Flaminius Pariſius *tract.de reſig.benef.lib.7. quæſt. 1. nu.61.* Quod hactenùs verum eſt, ſi Superior ille poſtea ratificet. *Zabarella Clem.1.nu 17. de Renuntiat. Hoſtienſ.cap.ex tranſmiſſa nu.3.eod.tit.Pariſius d.quæſt.nu.48.vbi ſcribit communem*: nam illo non ratificante nulla erit: quandò non abdicetur ius à beneficio abſque Superioris auctoritate, *cap.admonet ibi Vniuerſis perſonis de Renuntiat.ibique Abb.nu.6.& Ant.de But.not.3.nu.4.Zabarella in cap quod in dubiis nu.1.d.tit.de Renuntiat.* (cùm ſuperioris interſit ne beneficium dimittatur ſine ſua licentia vt ſcribit Geminia. *in cap.ſi electio.nu.5.verſ. in fine Gloſſa de Electio.*) quod cape quoad præiudicium Superioris, nō etiam reſpectu reſignantis *Pariſ. d. quæſt. 1. nu. 68.* Ex quibus colligitur, quod ſi quis renuntiauit ex cauſa permutationis cum lege hac, Si placeat Patrono, nullius ſit roboris eiuſmodi reſignatio ſi patrono diſpliceat: quæ ſententia etiam placet Beſigneto *deciſ.vlt.de Renuntiat. in antiq.* Aliud tamen viſum Rotæ *deciſ. 578. in antiquis Rub. de Rer. permut.* & Flam. Pariſio *d. quæſt. 1. nu. 63.*

3 (margin, beside "nu.61") 4 (margin, beside "ratificante") 5 (margin, beside "renuntiauit")

CAPITIS XXIII. SVMMARIVM.

1. *An ſufficiat conſenſus maioris partis quorum intereſt conſentire.*

2. *Quid ſi præſentatio pertineat ad plures patronos laicos vt ad ſingulares?*

3. *Ius patronatus non præſumitur competere vt capitulo, ſed vti particularibus.*

INſuper, videndum eſt an ij omnes quorum intereſt conſentire, patientiam ſeu conſenſum permutationi accommodare debeant? an verò ſufficiat maior pars? Mouet hanc quæſtionem Fred. de Senis *tract. de permut. quæſt. 20.*
1. Cuius non diſplicet ſolutio hæc: quod aut fit permutatio propter neceſsitatem vel vtilitatem Eccleſiæ, & tunc ſufficit maior pars, eritq; illa quæ maiori ratione & æquitate nititur *cap. Sana quippe 9. diſt. cap. multi in fi. diſt. 60. & cap. Si teſtes §. item iuriſiurandi 4. quæſt. 3. Io. Nicol. de permut. cap. 5. nu. 11.* aut fit gratia & contemplatione perſonarum; & debet tunc omnium cōſenſus interuenire *per not. in cap. cum omnes de conſtit.* quibus aſſonat Io. And. *in cap. vnico de Rer. permut. adde Geminianum ad d. cap. nu. 15. denique Collectarium ad cap. iniuſtum nu. 8. de Rer. permut.* Quā
2. tamen diſtinctionem velim temperes procedere, ſi præſentatio pertineret ad patronos laicos vt ad ſingulares, tum enim ſufficiet cōſenſus maioris partis *Cæſar de Graſſis deciſ. 170. Crauetta conſil. 63. nu. 1. not. DD. in c. 1. & 3. de iure patron.* vbi ſi ius patronatus pertinet ad plures vt ad collegium, tunc requiritur conſenſus maioris partis collegij *cap. naſcitur, de his quæ fiunt à Præl. Pet. de Vbaldis tract. permut. quæſt. 5. verſ. nunc videa-*

videamus in nu. 33. in fi. Cæſar de Graßis Deciſ. 76. nu. 8. & Deciſ. 169. nu. 1. & 2. vbi ſcribit Ius patronatus in dubio non præſumi competere vt Collegio, ſed vti particularibus *per not. Felÿ. in cap. Cùm omnes nu. 29. & ſeq. de Conſtit. Lābert. tract. de Iure patro. 8. art. 2. q. princip. 2. part. 2. lib. nu. 4. & 5.* 3.

CAP. XXIIII. SVMMARIVM.

1. *Patroni præſentia & taciturnitas an pro conſenſu habeatur.*
2. *Præſens & tacens non cenſetur conſentire in his quæ ſibi præiudicio eſſe poſſunt.*
3. *Renuntiatio inſtar donationis habetur.*
4. *Præſens & tacens pro conſentiente habetur, vbi vertitur Reipub. & Eccleſiæ vtilitas, & nu. 6.*
5. *Præſens & tacens præſumitur conſentire in actu in quo conſenſus vel diſſenſus requiritur.*

QVæro, an patroni prę́ſentia & taciturnitas inducat conſenſum? Dubitationē mouet 1.
quod in damnoſis & præiudicialibus præſens & tacens non videatur conſentire. *l. ſi quis 91. ff. de furt. l. Filiusfamilias, §. Inuitus ff. de procur. Maſ-* 2.
card. tract. de Probat. cōcluſ. 1225. ibi latè nu. 31. Menoch. lib. 2. præſumpt. præſumpt. 74. nu. 8. At verò cōſenſiſſe patronus nō videtur, etiamſi ſciēte eo beneficium alteri contulerit Epiſcopus, cùm nemo iuri ſuo renuntiaſſe vel præiudicaſſe cenſeatur, quòd renuntiatio ſit donatio 3.
cap. cùm ſuper de Renuntiat. l. ſi quis delegauerit

ibi Barth. ff. de nouat. Felij. in cap. nonne. nu. 12. de præſumpt. Menoch. conſ. 49. nu. 9. attamen cum Coraſio *tract. de Elect. & beneſ. Eccleſ. part. 4. cap. 6. nu. 28.* cenſuerim eiuſmodi præſentiam & taciturnitatem pro conſenſu habendam; cùm verſemur hic (inquit) in actu publicè vtili, nempè vt vacanti Eccleſiæ celerrimè prouideatur *cap. ne pro defectu de Electio.* Non ſolum
4 autem quoties de commodis agitur tacens habetur pro conſentiente. *l. qui patitur ff. mandati Innocen. in cap. Geneſi de Electio.* ſed etiam vbi tacentis damnum verſatur, ſi materia fauorabilis ſit Reipub. is videtur conſenſiſſe qui nominatim non contradixit *l. 2. §. 1. ff. ad municip. Dynus ad Reg. is qui tacet. nu. 4.* adde quod præ-
5 ſens & tacens præſumitur conſentire in actu in quo conſenſus vel diſſenſus (qualis eſt permutationis) requiritur, *l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interrog. act. Iaſ. in l. patre furioſo col. pen. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur.* Denique, habetur pro
6 conſentiente fauore Eccleſiæ, & cuiuſcunque piæ cauſæ, *Nouel. Iuſtin. 123. de ſanctiſſ. Epiſ. cap. 17. Rom. conſ. 113. nu. 4.* Maneat ergò ex Patroni præſentia & taciturnitate conſenſum inferri.

Cap. XXV. Svmmarivm.

1. *An Conſenſus eius Patroni requiratur de cuius iure conſtat tantum per multiplicatas præſentationes.*

2. Præ-

2. *Probatur Ius patronatus ex authentico documento vel per multiplicatas præſentationes antiquiſſimas.*
3. *Id verum, ſi agatur poſſeſſorio iudicio ſecundum quoſdam, & eiuſmodi præſentationes fuerint ſortitæ effectum.*
4. *Quot præſentationes requirantur, vt Ius patronatus acquiſitum cenſeatur.*
5. *Curſus longiſſimi temporis quis dicatur in hac materia.*
6. *Ex iteratis præſentationibus titulus præſumitur, etiamſi vniformes non fuerint.*
7. *Patronus exiſtens in poſſeſſione præſentandi, an teneatur docere de titulo?*
8. *Multiplicatæ præſentationes non proſunt, quãdo conſtat de titulo infecto.*
9. *Teſtes maiores quinquagenariis requiruntur in probanda conſtitutione Iuris patronatus.*
10. *Ius patronatus antiquum probatur per famam, vel per ſcripturas antiquas ſeu inſtrumenta authentica.*
11. *Inſtrumenta authentica quæ dicantur ad probationem Iuris patron.*
12. *Cognitio validitatis & inualiditatis Iuris patronatus ad quem pertineat?*

ILlud obiter & denique de Patronis quærendum, an eius patroni cõſenſus requiratur de cuius iure non aliter conſtat, quam per multiplicatas præſentationes? ſolutio huius quæſtionis pendet ex diſpoſitione Concilij Trid. 1.

ſeſſ.

ſeſſ.25.cap.9 de Reform. videlicet quod ſatis probetur titulus Iurispatronatus vel ex authẽtico documento, vel per multiplicatas præſẽtationes ſupra hominum memoriam factas;
3 quod tamen intellige, ſi agatur poſſeſſorio iudicio *Maſcard.tract.de Probat.concluſ.959.nu.9.* & eiuſmodi præſentationes ſortitæ fuerint effectum, hoc eſt, quod Ordinarius ſeu Superior Eccleſiaſticus illarum vigore præſentatum à patrono inſtituerit, præſentatuſque & inſtitutus acceptauerit poſſeſsione ſubſecuta *Oldrad. conſil.229.nu.2.Rota deciſ.147.nu.1.& deciſ.167.nu. 1.part.1.diuerſ.Creſcent.deciſ.9. de Iurepatron. Gonzalez ad Reg.8.glo.18.nu.85.* Sacra tamen Cõgregatio *ad d. cap. 9.* cenſuit decretum Concilij *in d.cap.9.* locum habere etiam in petitorio iudicio: vnde non admittenda eſſet præſentatio aut præſentati inſtitutio facienda, niſi prius cognito iure patronatus ex Decreto Concilij. Sed quot eiuſmodi præſentationes requirãtur
4 nonnunquam dubitatur. Placet opinio dicẽtiũ ad minus tres eſſe debere *glo.in l.1.§.hoc reſcripto. ff.ad Syllanã. Fiuizanus deciſ.17. Achell.de Graßis deciſ.7.* vbi habetur quod Iuſpatronatus probatur ex tribus antiquiſsimis præſentationibus: nam
5 ex curſu longiſsimi temporis (quod nonnulli cenſent eſſe 70. vel 80. annorum *Menoch.cõſil. 2. lib.1.Simõ de Petris de Interpret.vltim.volunt.lib. 5. dubit.3.nu.231.& ſeq.* vel vt alij volunt quadragenaria *Lancelott.tract.de attent.part.2. cap.4. in*

Præf.

Præfat.nu.651.)iteratiſque præſentationibus titulum præſumi rectè opinatur, atque ita decidit Rota apud Mohedanum *deciſ.3.de Iure patrõ.* etiamſi tres illæ præſentationes non fuerint de tẽpore immemoriali,ſed vna tantũ,& ſic decidit nuper Curia Archiepiſcop.Neapol.teſteM. Antonio Genuenſe *in ſua praxi cap.63.nu.4.* vbi etiã ſcribit Patronũ qui eſt in quaſi poſſeſsione præſentãdi poſt Conciliũ Trid.vacãte beneficio nõ teneri de nouo docere de titulo,ſed debere prius prouiſum inſtitui & patronũ manu teneri in poſſeſsione, ſaluis iuribus aduerſario in petitorio iudicio cõpetentibus,& ita reſoluit S.Congregatio *ad d.cap.9.* hoc modo:Patronus repelli non debet à ſua quaſi poſſeſsione, ſi adhibita cauſæ cognitione poſt Cõciliũ Trid. eſt in poſſeſsione præſentãdi.Faciũt ea quæ notãtur à Lãcelotto *d.cap 4.nu.639.* & Mãdoſio *ad Reg.32.quæſt.4.in fi.* Limita tamẽ quod dictũ eſt ex multiplicatis præſentationibus probari ius patronatus,nõ procedere,quãdo cõſtaret de titulo infecto,quod & cẽſuit S. Congregatio vt poſt Flã.Pariſ.*tract.de Cõfiden.nu.*2n8.otat Hieron.Gonzalez *ad Reg.8.Cãcell.glo.18.* Aduerte tamẽ quod ſi agatur de probãda cõſtitutione Iurispatron. tunc requirũtur teſtes maiores quinquagenariis *Mohedan.deciſ.12.de Iurepatr.* Quãquã in probatione Iurispatronatus antiqui ſufficiat probatio per famã *Caſſad. deciſ.2. nu.4. de Iurepatron. Maſcard.d. tract.de probat.concluſ.754. nu.47.*

6. 7. 9. 10.

nu.47.& cõcluſ.958. nu.19. vel per antiquiſsimas præſentationes vt ſuprà dictum eſt, vel denique per inſtrumenta authentica, & ſcripturas antiquas, in quibus mentio fit Iurispatronatus, *Nicol. Garcia tract. de Beneficiis part. 5. cap. 9. nu. 87. & ſeqq. vbi ita reſolutum fuiſſe ſcribit in vna Mediolanen. Iurispatron. 21. Aprilis 1587. coram D. Comitulo & in vna Gerunden. beneficij 20. Iunij 1597. coram D. Orano.*
11. Inſtrumentum autem authenticum quoad propoſitum, cenſeretur Bulla Epiſcodi ſeu conſenſus datus in ſcripto ad fundandum, conſtruendum, ſeu dotandum: facit enim plenam fidem in his quæ fiunt ſine figura iudicij ſola ſcriptura, vel ſigillum Epiſcopi, *Paulus Piaſecius in praxi Epiſcop. part. 11. cap. V. nu. 6.* Denique, aduerte cognitionem validi-
12. tatis & inualiditatis Iurispatronatus controuerſi ad Epiſcopum dũtaxat, non autem ad inferiores qui ius habent inſtituendi pertinere; ſecus verò ſi inferiores Ordinarij eo in loco habuerint iuriſdictionem, ita reſoluit S. Congreg. Illuſt. Card. Interpetũ Concilij Tridẽt. *ad cap. 9. Seſſ. 25.*

Cap. XXVI. Svmmarivm.

1. *De perſonis quæ permutare poſſunt, & imprimis quid iuris in Epiſcopis.*
2. *An Legatus à latere præſtet auctoritatem Epiſcopis.*

copis permutare volentibus.

3. *Abbates an monaſteria ſua inuicem permutare poßint.*

4. *Facta Epiſcopatus cum alio permutatione Vicarij poteſtas non cenſetur reuocata.*

SEquitur alius articulus examinandus, nimirum quæ perſonæ valeant, ſeu inter quas perſonas permutatio expediri queat. Ac primò quærendum, an duo Epiſcopi permutare poſsint, & cuius auctoritate? Breuiter reſpondeo, Epiſcopis olim quidem non licuiſſe obſtante Canone Apoſtolico 14. qui exſtat apud Balſamon. qui ſtatuit Epiſcopo non licere ſua relicta parochia ſeu diœceſi ad aliam tranſilire, etiamſi à pluribus cogatur, niſi ſit aliqua cauſſa rationi conſentanea, quæ eum cogat hoc facere, vtpote ad maius lucrum cum poſsit ipſe iis qui illic habitant pietatis verbo conferre, idque non ex ſe, ſed multorum Epiſcoporũ iudicio & maxima exhortatione. At hodierno iure haud aliter permutare poſſunt, quam ſi Pontificis auctoritas interueniat; cùm ſine eius aſſenſu renunciare nequeat, vt eſt text. *in cap. licet de tranſl. Epiſcopi Collect. in cap. iniuſtum nu. 5. de Rer. permut. P. And. Gammar. ad cap. licet nu. 103. ex eod.* quam DD. ſententiam in praxi receptiſsimam eſſe ſcribit Flam. Pariſ. *tract. de Reſignat. benef. lib. 2. quaſt. 1. nu. 59.* Et vt Epiſcopi, ſic etiam Abbates rectè permutant, *Dynus conſil. 22. nu. 5.* Sed an Legatus de latere auctoritatem

1. (margin, beside "ſi Pontificis auctoritas")
2. (margin, beside "Et vt Epiſcopi")

eiuſ-

eiuſmodi permutationibus poſsit præſtare?
Dubitationem mouet quod Abbas exemptus
3. in Epiſcopum electus facultatem tranſeundi
ad Epiſcopatum accipere poſsit à Legato de latere *cap. ſi Abbatem de Electio. in 6.* Dicendum pro ſolutione, quod aut permutantur Epiſcopatus, & ſolus Papa auctoritatem præſtat vt ſuprà oſtendi; aut duo Abbates, & tum vel Papa vel Legatus à latere *d. cap. Si Abbatem.* Ratio diuerſitatis eſt, quia tranſlatio Epiſcoporum eſt de reſeruatis Papæ *d. cap. licet & glo. in d. cap. 5. Si abbatem verbo Commiſſum & cap. Inter corporalia de Tranſlat. Epiſ.* vbi Pontifex reſcribit poteſtatem diſſoluendi huius coniugij ſpiritualis, Romanæ ſedi tantum reſeruatam eſſe. An verò per-
4. mutato Epiſcopatu Vicarij poteſtas cenſeatur reuocata vide Rebuffum *in praxi de forma Vicariatus Archiep. nu. 225. quo in loco tenet negatiuã.*

Cap. XXVII. Svmmarivm.

1. *An Prælati duarum Eccleſiarum Collegiatarum permutare poſſint collegis reluctantibus, & nu. 4.*
2. *Epiſcopus vel Legatus de latere non poſſunt præiudicare iis quibus ius competit eligendi.*
3. *Etiamſi confirmatio ad ipſos pertineret.*
5. *Papa poteſt abſque conſenſu Collegarum auctoritatem præſtare duobus Prælatis permutare volentibus vbi electio non pertinet ad Collegas: idemq; dicendum de Epiſcopo qui conſuetudine*

aut

aut priuilegio liberam collationem habet.

DE duobus Prælatis duarum Eccleſiarum Collegiatarum, non immeritò quæſitum 1.
eſt an ij permutare poſsint nolentibus collegis? Diſtinctiunculâ quæſtio ſoluitur: Aut ius eligendi pertinet ad Capitulum & ad Superiorem, puta Epiſcopum, vel Legatum de latere; aut non pertinet ad Capitulum. Priori 2.
caſu non poſſunt inuitis Collegis. Siquidem nec Epiſcopus nec Legatus de latere poteſt, auferre electionem Collegio *cap. deliberatione de officio leg. cap. ad hæc de conceſſ. Prelat. Flam. Pariſ. tract. de Reſig. benef. lib. 7. quæſt. 14. nu. 11.* etiamſi 3.
cõfirmatio ad alium pertineret, *Redoanus tract. de Simonia part. 3. cap. 21. nu. 4.* Altero verò caſu poſſunt, interueniente vel Pontificis auctoritate *P. Vbaldis tract. de permut. benef. nu. 37.* vel E- 4.
piſcopi, ſi ex Pontificio indulto vel fortaſsis conſuetudine haberet collationem eiuſmodi dignitatum. Nam cùm poſsint etiam inuitis collegis conferre, multo magis permutantibus auctoritatem præſtare, *Vbaldis. d. loco.* Præterea, cùm Papa inuito Prælato poſsit ab eo 5.
auferre Eccleſiam, poterit etiam inuitis ſubditis Prælatum eorum de Eccleſia ad Eccleſiam transferre, & ſic permutationes expedire: idemque dicendum de Epiſcopo qui conſuetudine vel priuilegio liberam ordina-

ordinationem habet dicendum eſt: quia eo caſu non intereſt Collegiorum vocari ad permutationem, ex quo etiam ad collationem nõ vocarentur, *Io. Nicol. de permut. cap. 5. nu. 8.*

Cap. XXVIII. Svmmarivm.

1. *Permutatio facta cum eo qui caret ætate legitima nulla eſt, valet tamen accedente Curatoris auctoritate.*
2. *Decretum Concilij Trid. quoad ætatem in collatione requiſitam habet etiam locum in reſignatione.*
3. *Statutum requirens legitimam ætatem extenditur etiam ad beneficium vacãs ex cauſſa permutationis.*
4. *Beneficio Curato capax eſſe poteſt qui intra annum à Concilio Trid. definitum ſacerdotio inſigniri poteſt.*
5. *Permutans ſi beneficium obtineat habens ordines annexos, ſi intra annum ſe promoueri non fecerit, tali beneficio priuatur.*
6. *Carens ætate legitima canonicatum quem obtinuit intra ſex menſes dimittere debet nulla etiã reſeruata penſione.*
7. *Papa diſpenſat ſuper ætate, & quomodo?*
8. *Epiſcopus circa ætatem non diſpenſat.*

1 Amplius occurrit alia quæſtio, an permutatio facta cum eo cui non competit ætas requiſita in beneficio ſit nulla? nullam eſſe deci-

decidit Rota teſte Flam. Pariſio *de Reſig. benef. lib. 4. quaeſt. 9. nu. 25.* Nec ſine ratione. Nam & collatio facta non habenti ætatem legitimam in beneficio requiſitam eſt nulla: vt probat textus *in cap. licet canon. de electio. in 6. & ibi glo. Geminia. & alij.* Hinc Concilium Trid. *cap. 6. ſeſſ. 3. de Reform.* requirens ætatem in collatione locum etiam habet in reſignatione facta in fauorem, *Rota apud Puteum deciſ. 331. lib. 1.* atque ita in permutatione ex identitate rationis. 2.
Hinc decidit Rota Mohedani *deciſ. 7. de Conceſſ. praeben* Statutum vetans ne tale beneficium detur non habenti legitimam ætatem, extendi quoque ad reſignantes ex cauſſa permutationis. Si tamen ætas certa ſit deſignata; ſufficiet eius ætatis eſſe qui poſsit ſe qualificare intra annum proximum à reſignatione vel permutatione numerandum. Quò fit vt beneficium curam animarum habens, vel dignitas Eccleſiaſtica non electiua, poſsit ex cauſa permutationis non Sacerdoti conferri, dum ſit eius ætatis in qua intra annum poſsit Sacerdotio initiari, *Pariſius d. quaeſt. 9. nu. 19.* qui ſi intra dictum annum non curauerit ſe promoueri perdet illud & habebit locum cap. licet de Electio. in 6. *Rota deciſ. 1. de Rer. permut. in antiq.* Hinc decidit S. Congregatio Card. Interpretum Concilij Triden. quod obtinens Canonicatum per reſignationem in ætate minus legitima conſtitutus, nulla facta mentione impedimenti ætatis, 3. 4. 5. 6.

F nequa-

nequaquam illum retinere poſſit, ſed intra ſex menſes reſignare ei permittitur, nulla tamen ſibi reſeruata pẽſione, ita Illuſtriſ. Card. Inter-
7. pretes Cõcilij ad c.12. ſeſ.24. Poteſt tamẽ cũ eo diſpẽſari, vt ſubiiciũt iidẽ, etiã ſuper ætate reſignatarij de conſenſu Ordinarij, attenta fide & morum probitate, etiam eodem cõſenſu & eadem de cauſſa quod non promoueatur. *Fa. not. Rebuf. in praxi tit. de diſpenſatione ætatis*, vbi ſcribit quod Papa diſpenſet cum minore ad Cura-
8. tum beneficium in xxiij. anno. Epiſcopus autem circa ætatem non diſpenſat ex reſolutione Interpretum Concilij *Seſſ.23. cap. 12. Silueſt. verb. ætas nu. 2.*

CAPITIS XXIX. SVMMARIVM.

1. *Furioſi & mente capti non permutant.*
2. *Nec poſſunt vendere, alienare, donare.*
3. *Furioſus à mente capto quid diſtet.*
4. *Furioſus dilucida habens interualla reſignat validè, & permutat in interuallo furoris.*
5. *In dubio non præſumitur reſignatio & permutatio facta tempore quo fuit ſanæ mentis.*
6. *Furor præſumitur durare, & contrarium dicenti incumbit onus probandi. limita vt nu. 7.*
8. *Reprobatur opinio Gomeſij.*

1. QVid in furioſo & mẽte capto? Certũ eſt eos non poſſe permutare. Ita voluit poſt Bellam.

lam. *deciſ.501.* Flaminius Pariſius *tract. de Reſig. benef.lib.3. quaſt.8. nu. 2.* Ratio clara: quòd iſti careant vſu rationis & ſic conſenſu. ideò nec vẽdere,donare,alienare, vel ſimile quid facere poſsunt,cum non intelligant quid agant.§. 2.
furioſus inſtit. de Inut. ſtip. Nam furioſus rabie 3.
quadam animi agitatur; mẽte verò captus demẽs eſt,licet nulla extrinſecus mentis alienatę ſigna oſtẽdat. *Alciat. 2.Parerg. cap. 16.* atque ita à pari procedunt. *Card.Pariſ.conſil.88. vel 3.* Quid in furioſo inumbratæ quietis,ſiue qui dilucida 4.
(vt vulgò loquimur) interualla habet? Dicendum ſubſiſtere permutationem, vt & reſignationem, ſi facta ſit extra tempus furoris, *glo. in cap.quãuis.verbo triſte 7. quaſt.1.ibi. ſed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus ipſe data petitione non ſe vlterius ad hoc miniſterium ſubuertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expectat ordinãdum,&c.* quippe quod ceſſet tum furoris impedimentum, *arg. c. Cum ceſſante de appellat. Flam.Pariſius d.quaſt.8.nu. 9.* Vbi inſuper quærit 5.
an permutatio & reſignatio facta ab eo qui dilucida eiuſmodi habet interualla, præſumatur expedita extra tempus amentiæ? & rectius cum Rebuff, cenſet *in praxi tit.Reg.de Infirm.beneſ.reſig.nu. 20.* pręſumi factam tempore ęgritudinis; 6.
nam qui tempore præterito fuit furioſus, eius infirmitas durare præſumitur, vt ſcriptũ reliquit Abbas *in cap.ſicut tenor nu.3. de Reg.& tranſ ad Relig.Menoch.lib.1. præſumpt. quaſt.24.nu.15.* &

contrarium dicenti incumbit onus probandi, *Geminia.in cap.1.§. ſi verò.nu.4.de Cler.ægrot. in 6. & alij Flaminio citati*,quos non adduco ne alie-
7. ni ſudoris videar plagiarius.Limito tamen dictam regulam, furioſum nimirũ ſemper præſumi furioſum,vt ceſſet quando probata eſſet aliqua qualitas planè furori contraria : item quando probaretur directè vel obliquè contrarium,videlicet ſanæ mentis fuiſſe tempore actus geſti; ita notanter Maſcardus *tract.de Probat.cõcluſ.826.* quẽ vide,ſi iuuat,etiã cõcluſ. ſeq. vbi latè & ad peluim vſque tradit, quî probetur furor, deque furoris interuallo. Alioquin præſumetur reſignatio ſeu permutatio expedita tempore furoris & amentiæ,licet contrarium teneat Gomeſ. *ad Reg. Cancell. de Infirmis quæſt.10.*ſed malè : tum quod repugnet natura
8. actus,de quo etiam præſumptio iuris eſt quod non ſoleat ſponte fieri *cap.ſuper hoc,deRenunciat.* tum propter frequentem malitiam & audaciã hominum cupiditatibus ſuis addictorum,qui ſolent non ſolum incautis variis technis imponere,ſed etiam prudentibus ſupponere cõtra l. Corneliam de falſis, vt rectè notat Auctor Analyt. Comment.*ad Reg. Cancell. de Infirmis,nu.347.*

Capitis XXX. Svmmarivm.

1. *Filius clerici habẽs beneficium in Eccleſia in qua pater*

pater aliud obtinet, poteſt cum alio commutare vel illud reſignare.

2. *Quid in nepote illegitimi?*

3. *Filij presbyterorum legitimi poſſunt beneficia etiam via permutationis obtinere in Eccleſiis in quibus parentes eorum reſident.*

4. *Hæreditaria beneficiorum ſucceſsio Canonibus damnata.*

PRouidè vt alia omnia ius Canonicum diſponit, ne illegitimus beneficium habeat in Eccleſia in qua pater illius beneficium Eccleſiaſticum obtinet aut obtinui, ne nimirum incōtinentia eorum quos alioqui puritas, vitaque inculpata maximè decet, loca Deo ſacrata quodam quaſi infamiæ afflatu dehoneſtet. Vnde in Deutero. cap. 23. legitur: *Non ingredietur manzer, id eſt de ſcorto natus in Eccleſiam Domini, vſque ad decimam generationem.* Abſurdum enim eſt & alienum à dignitate & excellentia clericali, eccleſiam his patêre, iisque vſum Sacramentorum committi, qui paternę incontinentiæ ſectatores plerumque eſſe ſolent, *cap. Si gens Anglorum 56. diſt. glo. in l. quod ſi nolit §. qui mancipia ff. de Aedil. edicto Alciat. Reg. 1. Præſumpt. verſ. 24. cap. Inter de Exceſſ. prælat. Leſsius de Inſt. & iure l. 2. c. 34. dub. 18.* Verū quid ſi nihilominus eiuſmodi illegitimus beneficium habere reperiatur in eadem Eccleſia, an illud reſignare vel cum alio permutare extra Eccleſiam poſsit? Reſpondet S. Concilium Triden. *ſeſſ. 25. cap. 15.* 1.

poſſe, imò talem cogẽdum vt reſignet vel extra eccleſiam permutet intra trium menſium ſpatiũ, alias ipſo iure priuatus exiſtat, & ſuper iis quæcunque diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur, quod extende etiamſi factus eſſet Coadiutor, quia teneretur intra ſex menſes à die mortis patris reſignare, vt reſoluit S. Cõg. Ill. Card. *ad d. cap. 15.* Porrò in nepote illegitimi, certum
2. eſt quoque quod nõ poſsit obtinere beneficiũ in quo auus miniſtrauit, *glo. in cap. ad extirpandas & cap. Præsbyterorum 86. diſt. & in c. Apoſtolica vbi Archid. 8. quæſt. 1. Abb. & alij in cap. 2. de Arbit.* quia eadem ratio militat in nepote quæ in filio, ſiue pater ſuperſtes ſit, ſiue mortuus, *Rebuf. in praxi tit. de Diſpen. ſuper def. nat. nu. 16.* In filiis tamẽ præsbyterorũ legitimis, expeditũ eſt quod hi
3. poſſunt beneficia etiam via permutationis obtinere in eccleſiis vbi eorum parentes præſident, non tamẽ illud ipſum quod proximẽ parens habuit *cap. adhæc de filiis præsbyt. cap. ex trãſmiſſa & cap. conquerente eod.* Ratio eſt, ne beneficia ſucceſsione hæreditaria tranſmitti videantur, quam ſpeciem hæreditariæ ſucceſsionis
4. Canones ſemper in beneficiis exoſam habuerunt, vt ait Concilium Tridentinum *Seſſ. 25. cap. 7. de Reform. Leo. Leßius d. cap. 34. & dub. 18. nu. 90.*

Cap.

CAP. XXXI. SVMMARIVM.

1. *Collatio beneficij facta illiterato eſt ipſo iure nulla.*
2. *Scientia debet eſſe diuerſa pro qualitate beneficij.*
2. *Permutatio non ſubſiſtit facta ei qui non eſt inſtructus ſcientia in beneficio permutando requiſita limita vt nu.7.*
4. 5. *Epiſcopi & Archidiaconi debent ſcire iura. ſic & Curati inſtructi eſſe debent doctrina neceſſaria ad curam animarum.*
6. *Peccant grauiter Prælati qui conferunt beneficia indignis.*

AN cum illiterato facta permutatio ſubſiſtat, dubitatur, nõ quidem de penitus illiterato (nam hic nullo modo promoueri poteſt, & collatio beneficij ei facta, eſt pro iure nulla, *Felij in cap. per tuas. nu. 1 de ſimonia. Abbas in cap. cum in noſtris de conceſſ. prabend. Nauar. in cap. Si quando except. 16. Leſſius de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 34. Dub. 24. nu. 129.* adeò quod nec poſſit diſpenſari, *Felin. in cap. Cum inquiſitionis de ſent. excommunicat. Card. Turrecrem. in cap. Si in laicis diſt. 38.*) ſed minus inſtructo ſcientia in beneficio permutando requiſita alia enim ſcientia in Epiſcopatu requiritur, alia in Archidiaconatu, alia in beneficio curato, alia in ſimplici, *Inno. poſt alios in Clem. 1. de ætate & qual. Abbas* 1. 2.

 in cap.

in cap. Cùm in cunctis nu. 4. verſ. quia vt dixi. de electio. Rebuff. in praxi tit. de requiſitis ad collatio. nu. 42. Pro ſolutione dicendum, non ſubſiſtere
3. permutationem. Nam nec collatio aut reſignatio Archidiaconatus facta ei qui iuris imperitus eſt, tenet: cùm ſecundum iura debeat iu-
4. dicare, & viſitare, *Innoc. & Abb. in d. cap. cùm in cunctis.* Idem in aſſumendis ad Epiſcopatum *cap. cùm de perſona 11. quæſt. 1. Concilium Trid. ſeſſ. 24. cap. 12.* Ita Curati debent eſſe inſtructi do-
5. ctrina neceſſaria ad debitè exequendum ſuum munus, *Concilium Trid. d. c. 12. & ſeſſ. 5. c. 2.* vnde grauiter peccant Prælati admittentes reſignationes & conferentes beneficia reſignata indi-
6. gnis, vt poſt Nauarr. *in Miſcell. orat. Miſcell. 38. nu. 7.* ſcribit Flam. Pariſius *tract. de reſig. benef. lib. 4. quæſt. 11. nu. 45.* præterquam quod eiuſmodi reſignationes non teneant. *Abb. in d. c. Cùm in noſtris* vt nec permutationes, quod dixi: niſi tamen putaretur breui habiturus ſufficientem ſcientiam, vt poſt alios not. Leſsius *d. cap. 34. dub. 24. nu. 129.* Enimuerò, qui ſeruitio Dei indignos applicant, lethaliter peccant, *Leſsius d. lib. 2. cap. 34. dub. 14.* quòd hoc vergat in detrimentum Eccleſiæ & cultus diuini qui per bonos promouetur & colitur, *cap. monaſteriis 19. quæſt. 3. glo. pen. in cap. Ad Apoſtolicam de Regul.* & melius eſt paucos præficere bonos, quã multos inutiles *cap. tales 23. diſt. Rebuff. in praxi tit. Pœna cont. Collat.* vbi *nu. 12.* ſubijcit quod tanquam ſacri-

ſacrilegi ſunt iudicandi, *vt not. in cap. Sunt quidam 1. quæſt. 1. cap. Violatores 25. quæſt. 2.* ac reuera tales verè impij & ſacrilegi iudicandi qui probis & doctis neglectis, amicis & conſanguineis ignaris, ne dicam irreligioſis, bardis etiam & ſtolidis prouident, parum interim cogitantes dum propinquitatem reſpiciunt corporum, ſuæ animæ & corporis ſubire detrimentum.

CAP. XXXII. SVMMARIVM.

1. *Pendente accuſatione vel inquiſitione reſignatio & permutatio ſubſiſtit: Limita vt nu. 6. 7. & 8.*
2. *Accuſatus vel inquiſitus pendente lite ſuper crimine, an poſſit permutare vel reſignare, & 3.*
4. *Permutatio beneficij pendente lite facta per modum attentatorum reuocatur.*
5. *Diſpenſatio facta pendente lite in praiudicium Impetrantis non valet.*
6. *Reſignans qui ſcit impetrationem factam, vel ſe priuandum, nulliter reſignat aut permutat, ſiue coram Ordinario, Legato, vel Papa.*
9. *Accuſatus per maleuolos poteſt pendente lite promoueri, etiam reſignare ſi non praceſſerit infamia apud graues viros.*
10. *Collatio facta criminoſo valet, etiam tacenti crimen, ſi non ex eo inducatur irregularitas, vel inhabilitas.*
11. *Clauſula quod reſignatio accuſati vel inquiſiti cedat*

cedat in fauorem impetrantis, concedi demum ſolet poſt primam priuationis ſententiam.

MAiorem dubitãdi anſam habet, num accuſatus vel inquiſitus de crimine ratione cuius venit priuandus, veluti homicida, periurus.&c.pendente accuſationis, vel inquiſitionis iudicio,poſsit permutare? Pro affirmatiua facit primo, quod accuſatione vel inquiſitione pẽdente nihil ſit innouandũ, *glo.in cap.2.vt lite pend.in 6.& in cap.Cum olim. ibi text. de accuſat.Romanus in l.poſt contractum ff de donat. Tho.grammat.deciſ.60. nu.23.* Vnde fit quod inquiſitus vel accuſatus pendẽte inquiſitione ſuper priuatione beneficij pòſsit cõſtituere Procuratorem ad reſignandum, & illud reſignare *Lancelott. de attent. part. 2. c. 5. nu.6. & ſeq. Boer. deciſ.205.nu.7.poſt pr.Fel.in cap. inquiſitionis de accuſat. Rebuff. in praxi tit.de Modis amitt. benef. nu. 5. Paponius lib. 2. Arreſt. tit.8.areſto 16.* hãcq; ſententiã etiã probat nouiſsimè Nicolaus Garcia *tract. de beneficiis part. 11. cap.3.§.1. nu.62.* His tamen nõn obſtantibus cenſuerim non ſubſiſtere eiuſmodi permutationem, & ſi facta ſit poſſe de eo prouideri illi qui in euentum priuationis beneficium impetrauit.Huius ſentẽtiæ adſtipulatorem habeo Boerium *deciſ. 205. nu. 6.* Staphileum *tract.de litter.gratiæ Rub.de var. mod. vacat.verſ. & per ſupradicta* Rebuffum *in praxi tit. de*

1\.

2\.

3\.

de infirm. benef. reſig. glo. 12. nu. 19. Zerolā *in praxi Epiſcop. part. 2. verbo Renunciatio.* Ratio eſt, quòd ius ſit iam quæſitum ei qui impetrauit, ideoq; permutare nō poterit Reus poſſeſſor ne excludat ius iſtius. *Dominicus conſ. 105. verſ. quoad primum,* quod & probat Flam. Pariſ. *tract. de reſig. benef. lib. 3. quæſt. 16. nu. 49.* Gomeſ. *in Reg. de non toll. iure quæſito quæſt. 1. verſ. nonus modus.* Couar. *in Clem. S. Furioſus de Homicidio 2. par. 3. nu. 7.* Imò verò per viam attentatorum reuocaretur eiuſmodi permutatio, *Lancelott. tract. de attent. part. 1. cap. 3. nu. 19.* quod & docet Rota *deciſ. 56.* his verbis: Si lite pendēte ſuper beneficio Eccleſiaſtico Reus & poſſeſſor transferat beneficiū in alium permutando, vel alio modo, & moriatur, huiuſmodi permutatio reuocabitur per modum attentati, etiam contra illum ſuperſtitem, eo tamē vocato. Hinc eſt quod diſpēſatio facta pendente lite non valeat in præiudicium alterius, hoc eſt illius qui impetrauit beneficium certo modo, & inſtat pro priuatione. *P. And. Gammarus tract. de poteſt. Leg. à latere lib. 10. de diſpenſat. nu. 317.* quam eſſe cōmunem DD. opinionem ſcribit Flam. Pariſ. *d. quæſt. 16. nu. 52.* Nec moueat in contrarium adducta Regula, quod nimirum accuſatione vel inquiſitione pendente ſubſiſtat beneficij reſignatio: Nam primò illud eſt ex defunctoriè dictis ſcribentium, vt loquitur Auctor Analyt. Commentarij *ad Reg. de Infirmis quæſt. 370. & 371.* Debet enim

enim generalis illa DD.Regula accipi de reſignatione pura & ſimplici, impetratione nec dum obtenta, *Boërius d. deciſ. nu 7. Pariſ. d. quæſt. 16. nu. 58. Zerola d. part. 2. verbo Renunciatio, §. 9.* de qua reſignatione omninò loquuntur iura quæ pro dicta DD.ſententia citantur, & ſunt iſta, videlicet *cap. Dudum in fi. de Electio. cap. per tuas in fi. de Simonia cap. Ex litteris cap. vlt. de Exceſſ. prælat.* quod tamen declara: Primo, vt non procedat quando reſignans ſciuiſſet impetrationem de beneficio à Papa fuiſſe medio tempore factam propter clauſulam decreti irritantis in impetratione appoſiti, *Ant. de But. conſ. 43. Boer. d. deciſ. nu. 8.* & ratio eſt, quia reſignatio facta inquiſitione pendente ab eo qui ſciebat ſe veriſimiliter priuandum, non valet, *Lancelott. part. 2. c. 5. nu. 13.* Et ratio rationis eſt, quia facit fraudem Legi & Iudici, alienatque in fraudem, cùm ſciat ſe priuandum, ideoque reſcindi debet talis contractus *l. In fraudem in pr. l. Aufertur § .1. de iure Fiſci l. Quæſitum. Qui & à quibus, ibi, ex eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem, iam de pœna ſua certus eſſe poterat, multo plus conſcientia delictorum, quam damnatione ius dandæ libertatis eum amiſiſſe: Bart. & alij in l. poſt contractum de Donat.* cùm canones nemini velint fraudem & dolum patrocinari *cap. 2. de Dolo & contum.* Siue reſignatio fiat in manu Ordinarij, id eſt eius ad quem ſpectat prouiſio beneficij, niſi tamen purè & abſolutè

6.

reſig.

reſignet, ita enim loquūtur textus *in c. Dudū in fi. de Electio. cap. per tuas in fi. de Simonia cap. Ex litteris cap. vlt. de Exceſſ. prælat.*) ſiue in manu Papæ aut Legati in fauorem certæ perſonæ vt aſſolet: quia fit in fraudem ſententiæ & ad eludendum Iudicem, & iudicium impedēs: quod ſi fuiſſet expreſſum, Papa eiuſmodi reſignationem non admiſiſſet: cum priuatio beneficij ſit pœna delicti, *vt in d. cap. per tuas, & cap. vlt. de Exceſſ. Prelat.* quam Papa voluiſſe tollere non præſumitur, *Auctor Analyt. Comment. ad d. Reg. de Infirmis nu. 368. & ſeqq.* Secundò non procedit dicta Regula quando quis incurrit priuatiónem beneficij ipſo iure, prout eſt ob ſimoniam *iuxta extrauag. 2. de ſimonia*, vel ob non promotionem ad ſacros ordines *c. licet canon & c. commiſſa de electio. in 6.* quoniam is renuntiare non poteſt maximè in fauorem *Felij in cap. in noſtra nu. 38. de Reſcriptis Anfrer. ad deciſ. Capel. Tholoſ. 437. nu. 5. Boer. d. deciſ. 205. nu. 8. Hoieda de Incomp. 1. part. cap. 4. nu. 11. & cap. 13. nu. 62. Flam. Pariſ. vbi ſuprà, nu. 33. & lib. 3. quæſt. 1. nu. 20. & 21. ſcribens eſſe communem.* Idem erit multò magis dicendum in priuato beneficiis per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, vt fuit reſolutum in vna Romana benef. S. Petri *coram Oradino de anno 1561. vt per Flam. Pariſ. d. q. 1. nu. 151.* nam per ſententiam priuationis quæ tranſijt in rem iudicatam beneficium vacat, *Put. deciſ. 30. lib. 1. Mohed. deciſ. 12. de Prabend.* Quamuis Rebuff. *cōſ. 82.* 7

52. dicat quod priuatus per ſententiam beneficio ante executionem poſsit reſignare, cum ſola ſententia non priuet iure & poſſeſsione beneficij, *c. grauem, de exceſ. plat.* Tertio, non procedit quando actũ reſignationis præceſsit cõcluſio cauſæ, *Boer. deciſ 206. incip. & quia in pr.* & ita diſtinguit Zerola *in praxi beneficiali verbo Renunciatio nu. 6.* Quarto limita, non procedere in

9. accuſato vel infamato per maleuolos, & non grauato apud graues & bonos viros, vt in ſimili reſpondit Doctor Nauarrus *lib. 5. conſiliorum tit. de accuſat. conſ. 6.* vbi in illa ſpecie reſpondet talem accuſatum poſſe promoueri, quod & docuit Felinus *in cap. omnipotens nu. 2. de accuſat.* Quinto limita, vt non procedat in accuſato de

10 crimine quod non induceret irregularitatem & inhabilitatem ad beneficium: namque tali accuſato poteſt conferri beneficium etiam nõ facta mẽtione de illo crimine, etiamſi alioqui expreſsio difficiliorem reddidiſſet collatorẽ ad conferendum *Felij in cap. ex parte nu. 4. de reſcript. Nauar. conſil. 1. nu. 51.* Limita ſexto, vt non procedat niſi in illius impetratione adiecta ſit hæc clauſula, *& cum decreto quod reſignatio illius cedat in fauorem Impetrantis,* quæ ſecundum Re-

11. buff. ſolet concedi poſt primam priuationis ſententiam, antea verò non: vt præter Rebuff. notat Probus ad Monach. *in cap. Alma mater, de Sent. excomm. nu. 6. & 7.* Flam. Pariſ. *Reg. de Infirm.*

Infirm. nu. 63. Molina *diſput. 78. nu. 2. Idem Rebuffus in Additio. ad Reg. 48. & in praxi ad Reg. de infirm. reſig. glo. 12. nu 19. & ad Reg. de ſurrog. de collitig. glo. 9. nu. 6.*

CAP. XXXIII. SVMMARIVM.

1. *Collatio beneficij facta irregulari non tenet, etiamſi ſit appoſita clauſula abſolutionis à cenſuris. & nu. 5. fallit nu. 9.*
2. *Irregularis ſine peccato beneficium non retinet.*
3. *Beneficium tamen non vacat ipſo iure ex ſuperueniente irregularitate.*
4. *Nedum ad beneficia, ſed etiam ad penſiones incapax eſt irregularis.*
6. *Papa, niſi exprimat non videtur abſoluere ab irregularitate.*
7. *Excommunicatis beneficia non cõferuntur, nec etiã cum eis permutantur.*
8. *Excommunicati Penſionum etiam incapaces.*
10. *Excommunicatus poteſt acceptare beneficium ſibi ante excommunicationem collatum & poſt abſolutionem poßidere.*
11. *Non valet collatio facta excommunicato ex cauſſa permutationis, quamuis tempore reſignationis & admißionis non eſſet excomunicatus.*
12. *Valebit collatio & permutatio collatarij ſi tempore collationis non erat excomunicatus, quãuis tempore reſignationis & admißionis ordinarij eſſet*

eſſet excommunicatus.

Svbſequitur alia Canoniſtis aliiſque tractata quæſtio, An cum irregulari vel excommunicato aut ſuſpenſio facta permutatio
1. ſubſiſtat? Reſolutiuè dicendum non ſubſiſtere, ex communi Doctorum ſententia. De Irregulari adſtruit *Abbas in cap. cùm in noſtris & ibi Inno. de conceſſ. præb. Rebuffus. tract. de pacif. poſſeſ. nu. 280. Couar. in cap. Alma mater part. 1. §. 7. nu. 1. & Flam. Pariſ. qui iſtos appellat lib. 4. de reſig. benef. quæſt. 3. nu. 32. Leſſius tract. de Iuſt. & iure, lib. 2. cap. 34. Dub.*
2. *22. nu. 120.* vbi ait communem opinionem irregularem non poſſe retinere ſine peccato beneficium quæſitum poſt irregularitatem ante diſpenſationem obtentam, quamuis benefi-
3. cium ex ſuperueniente irregularitate non vacet ipſo iure. *Nauar. conſ. 3. de homicid.* cui adde Ioannem de Selua *tract. de beneficio part. 3. quæſt.*
4. *3. nu. 32.* & ſicuti eſt inhabilis ad beneficia, ita etiam ad penſiones vt docet idem Nauar. *conſil. 34. nu. 3. de homicid.* etiam appoſita clauſula *Ab-*
5. *ſoluentes te à cenſuris & quibuſcunque excommunicationibus*, vt reſpondit idem Nauarr. *conſil. 66.*
6. *nu. 1. de ſent. excommunic.* quia Papa non videtur abſoluere ab irregularitate, niſi exprimat *Nauar. in manuali cap. 27. nu. 254. Pariſ. d. loco.* ſed an vt collatio facta irregulari ex homicidio voluntario eſt nulla, *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. de Reform.* ita etiam facta mutilatori vel obtruncanti membrum? Zerola *in praxi Epiſc. verbo Bene-*

Beneficia verſ. Quintum dubium eſt, reſpondit affirmatiuè, eo quòd eadẽ Irregularitas cõtrahatur, *Clẽ. Vnica de Homicidio. Nauar. c. 7. nu. 206.* De 7.
excommunicato, non ſubſiſtere etiã permutationem cum eo initam docet Cardin. *in Clem. 1. §. ipſius de pœnis* Ioannes Selua *dicto tract. quaſt. 4. nu. 26.* cuius par eſt ratio, quòd collatio beneficij facta excõmunicato, vt & electio, vel præſẽtatio ſit ipſo iure nulla, *cap postulaſti de Cler. excommun. dep. Selua dicto loco. Gigas de pẽſio. quaſt. 14. nu. 1. Nauar. conſ. 3. d. tit. & d. cap. 27. nu. 271.* nam in permutatione nouum beneficium nouumque ius acquiritur, cuius eſt incapax excommunicatus, *Rebuff. in Repet. cap. Postulaſti. not. 2. nu. 75. ſen. 15. de Clerico excommunicato agrotante. Flam. Pariſ. de Reſig. benef. lib. 4. quaſt. 3. nu. 45. Suarez tom. 5. de Cenſuris diſp. 4. ſent. 7. nu. 11.* vbi dixit reſignationem beneficij in fauorem excommunicati, ſiue ſimplex ſit, ſiue per modũ permutationis inualidam eſſe, quod etiã probat Nicolaus Garcia *de Benef. cap. 13. part. 7. nu. 15.* Licet autem non valeat permutatio quoad excommunicatum, tenet tamẽ quoad non excommunicatum compermutantem, vt ſubiicit idem Garcia *nu. 17.* Quo fit, vt etiam ad penſiones inhabilis ſit, quod ſcribit idem Gigas *de penſio. d. quaſt. 14.* etiamſi poſtea ſecuta ſit legitima abſolutio. *Archid. in d. cap. postulaſtis Pariſ. d. quaſt. nu. 49.* ſecus eſſet ſi collatum eſſet neſcienti excommunicationem: quia poteſt re- 9.

8. (margin, beside "idem Garcia nu. 17. Quo fit")

tinere poſt abſolutionem diſpenſante eo ad quem collatio pertinebat. *Emanuel Sa. in Aphoriſ. verbo Excommunicatio nu. 28.* quo in loco in-
10. ſuper addit poſſe & acceptare beneficium ſibi ante excõmunicationem collatum & poſt abſolutionem poſsidere, *Couar. d. cap. Alma mater part. 2. §. 7. nu. 4.* Nec ab illo diſſentit ipſius popularis D. Garcia *dicto cap. xiij.* vbi ſcribit quod
11. nõ valet collatio facta excõmunicato ex cauſſa permutationis, quãuis tempore reſignationis & admiſsionis nõ eſſet excõmunicatus. E cõuerſo ſi tẽpore collationis nõ erat excõmunicat⁹, va-
12. lebit collatio & permutatio, quãuis tẽpore reſignationis & admiſsionis Ordinarij eſſet excõmunicatus: nã licet ex reſignatione ex cauſſa permutationis facta & admiſsione illius acquiratur ius compermutanti vt ſibi fiat collatio beneficij *cap. 1. de Rer. permut. in 6. & Clem. 1. eod. tit.* tamen id ius non impeditur per excommunicationem: cùm non proueniat ex diſpoſitione beneficij facta circa excommunicatum, ſed ex facto ipſius reſignantis ex illa cauſſa cũ admiſsione Ordinarij, & quaſi ex conuentione ipſorum permutantium, licet contrarium velle videatur Suarez *d. nu. 11.* Quamuis ſi fieret vt ſubijcit idẽ Garcia, corã Papa ſeu Legato reſignatio etiã ex cauſſa permutationis in fauorem excõmunicati ſine abſolutione ad effectũ, quæ dari ſolet, nõ valeret admiſsio in fauorẽ illius, quia nõ valet gratia ſeu reſcriptũ impetratũ ab

excōmunicato,*c.1.de Reſcript.in 6.* Quod nō habet locū in gratiis cōceſsis ab Ordinario *Nauar. tōſ.48.de sēt.excō.Suarez.d.tō.5.diſp.17.ſect.1.nu.2.*

CAP. XXXIIII. SVMMARIVM.

Vtrum Exempti beneficia queant coram Epiſcopo permutari?

1. *Papa Ordinarius Exemptorum.*
2. *Legatus à latere Diœceſanus eſt locorum & perſonarum exemptarum.*
3. *Poteſtates Legati à latere, quæ? ibi remiſsiuè.*

HAnc quæſtionem vnica iſta diſtinctione ſoluit And. Gammarus *tract. de permut. nu.148.* Aut beneficia ſunt exempta & ſoli Papæ ſubiecta, quo caſu Epiſcopus non admittet permutationes: quia Papa dicitur iſtorum beneficiorum Ordinarius *cap. Auctoritate de Benef.in 6.cap.nulla diſt.93.Abb.in cap. Nihil, de Electio.Flam.Pariſ.de Reſig.benef. lib. 11. quæſt. 4.* Aut beneficium eſt exemptum à proprio Epiſcopo, ſed ſubeſt proprio Prælato, & hoc caſu ſi proprius Prælatus habet iuriſdictionem Epiſcopalem ex priuilegio vel præſcriptione, ipſe poterit permutationi auctoritatem præſtare; alioqui Papa vel Legatus auctoritatem præſtabit, quippè qui ſint Ordinarij Exemptorum vt dixi. Aut denique Eccleſia eſt exempta à iuriſdictione Epiſcopi, populus verò nō æquè, & tūc Epiſcopus recipere poterit renunciationē, & permutationē. *Gāmarus hic & Pet. de Peruſia de*

1.

Permut.benef.part.2 quaſt.vlt. Quod autem dixi de Legato, intellige de Legato à latere: nam alij illo inferiores non conferunt beneficia exempta, nec illorum renunciationem recipiunt *DD.in cap.Si abbatem de Electio. in 6 per illum text.ibi & tamen ab alio. Flam. Pariſius tract.*
2. *de Reſignat.benef.lib.7. quaſtio. 11. nu. vlt.* & ratio eſt, quia Legatus à latere cenſetur Diœceſanus locorum & perſonarum exemptarum, *cap. Venientes in pr.de Verb Signif.in 6.cap. 1, & cap. quod*
3. *tranſlationem de off. leg.* Porrò de poteſtate Legati à latere in tota prouincia etiam ſuper exemptos, & an poſsit adiri per viam querelæ vide Geminia. *in cap. Si abbatem §. huiuſmodi, de Electio.in 6.& in cap.1. vbi glo. & DD. verſ. Sed an Legatus, de off.leg. in 6.*

Cap. XXXV. Svmmarivm.

Vtrum duobus beneficiis in Gallia permutatis, in qua volunt Galli Regem vacante Ordinariorum Sede, iure Regaliæ beneficia conferre, ſi poſt admiſſam renunciationem poſſeſsio non ſit capta antequam Regalia (vt loquuntur) ſint aperta, vacent iure Regaliæ? & pleraque alia de iure Regaliæ.

Finge Titium Canonicum Eccleſiæ Parienſis, & Meuium Canonicum Eccleſiæ Turonenſis, inter ſe conueniſſe de commutandis ſuis præbendis, & inſuper reſignationem ex

ex dicta permutationis cauſſa per Ordinarios
vtriuſque præbendæ admiſſam, ſed alterum
dictorum Ordinariorum, videlicet Eccleſiæ
Turoneñ. obijſſe priuſquam capta fuerit poſ-
ſeſsio prædictæ præbendæ Turonenſis, quære-
batur an collatio facta per Regem iure Rega-
liæ præbendæ Turonenſis, cui Ordinario viuo
renũciatum erat ex dicta permutationis cauſ-
ſa, ſubſiſteret, an verò potior eſſet permutans?
Dubitationem mouet, quod beneficia ex cauſ-
ſa permutationis reſignata alteri quam permu-
tantibus conferri nequeant *Clem. vnica de Rer. permut.* Eo tamen non obſtante, vſus in Gallia
inoleuit, vt in caſu præmiſſo potior ſit Regis
collatarius, ſuper quo extare Curiæ Pariſien-
ſis placitum refert D. Egidius le Maiſtre eiuſ-
dem Curiæ Præſes *in ſuo tract. Regalium cap. 10.*
quod placitum poſtea reperi apud Paponem
lib. 2. arreſt. tit. 3. arreſto 6. Cùm enim, inquit,
mortuo Canonico Turonenſi apertum fuerit
ius Regaliæ, dicta præbenda, cuius minus capta
fuerat poſſeſsio, ipſo facto vacauit: cùm per
Philippinam Conſtitutionem omnes præben-
dæ vacare cenſeantur ab obitu Ordinarij, qua-
rum tum temporis nulli inueniuntur poſſeſ-
ſores. Eodem ſpectant quæ ſcribit Au-
ctor Analyt. Commentarij *ad Reg. de Infirmis nu. 422.* Durante Regalia, *inquit*, poteſt Rex admit-
tere reſignationes beneficiorum, quæ in Rega-
lia vacarent per obitum; non ſolum ſimplici-

 ter,

ter, ſed etiam in fauorem vel cauſſa permutationis, ſi tamen velit: quia non tenetur etiam cauſſa permutationis admittere: nec alius pẽdente Regalia admittere poterit, quin vacẽt in Regalia. Poteſt etiã Rex Regalia durante prouidere de beneficiis vacantibus nedum de facto, ſed etiam de iure, puta per incapacitatem, vel aſſecutionem incompatibilis, ſiue per ſententiam hominis, vel canonis, vel alio quouis modo titulus nullus ſit aut reſolutus. Quod ſi reſignans ſit infirmus, poteſt admittere & cõferre ſub conditione reſolutiua, ſi reſignãs infra xx. dies de eadẽ infirmitate decedat, & dicto obitu (Regalia nondũ clauſa) ſequuto, rurſus etiam aduſque xxx. dies à tempore clauſæ Regaliæ computandos, poterit Rex per obitum conferre; non virtute, nec adminiculo Regulæ de Infirmis, ſed quia voluit, potuit collationem ſuam ex capite reſignationis ita limitare. poteſt etiam ſi vult abſolutè admittere, & conferre ſine dicta conditione, vel cum clauſula quouis modo, & ex quauis perſona. Ita ille. Verum huic iuri Regaliæ videtur obſiſtere iura canonica, & notanter cap. Generali de Electio. in 6.

PARS

PARS SECVNDA,

In qua tractatur de quibus beneficiis iniri poſſit permutatio: item de cauſa, deque modo permutationis.

Cap. I. SVMMARIVM.

1. *Permutatio in propriis tantum beneficiis conſiſtit.*
2. *Permutantes non poſſunt paciſci vt tertius renuntiet ſuo beneficio in fauorem alterutrius permutantium.*
3. *Renuntiatio beneficij facta ſub modo, vel conditione, eſt Simoniaca.*
4. *Penſio an reſeruari poßit alteri quam compermutanti.*
5. *Tertius ex penſione promiſſa ad ſtipulationem alterius agere non poteſt.*
6. *An ſubſiſtat pactum, quo conuenit vt meum beneficium accipias, tuum verò cedas meo nepoti, vel alteri tertio nullum beneficium habenti?*

TRactaturus hac ſecũda parte de beneficiis quæ cadunt in cõtractum permutationis, illud mihi primum occurrit, permutãtes propria tantum beneficia in hunc contractum adducere poſſe, non etiam aliena, *cap. Cum venerabilis de exceptio: Collectar. in cap. 1. nu. 3. de Rerum permut. Rota deciſ. 17. & 26. & in vna Medio-* 1.

 lanenſis.

lanenſis Prapoſitura 28. Decemb.1598. Vnde rectè Doctor Nauarrus pactum hoc improbat *conſil.*
2. *43. de ſimonia nu.5.* quo conuenit inter Lucium & Titium, vt Titius efficeret quod Caius renuntiaret in fauorem Lucij beneficium quod tenebatur renuntiare in fauorem Titij, vtpote quod contineat ſimoniam conuetionalem *per cap. quam pio.1. quæſt.2. cap. fin. de pact.* cum enim (inquit) non poſsit ſaluari per permutationem quia illa non poſsit fieri niſi ſuper beneficiis propriis, & fiat ſuper ſpiritualibus, reſtat vt ſit ſimoniacum, ſimonia ſaltem iuris humani, quo
3. omnis renũtiatio beneficij facta ſub modo vel ſub conditione eſt ſimoniaca *per d. iura, & per glo. cum text. in cap. dudum. verbo liberè de Præb. in 6. Rota in vna Bracharen. Prioratus 30. Octobr. 1596.*
4. *coram Rpd. Pegna. qua de re infra cap. xviij. & xxij. latius dicemus.* Sed an in propoſito themate ſubſiſtat ſaltem pactum quo inter eos conuenit vt Lucius penſionem annuam præſtaret Caio? aſſerit VVameſius *tomo 1. Conſil. 268.* licet huic ter-
5. tio nulla competat actio aduerſus Luciũ compermutantem; niſi Caius fuerit præſens, ipſiq; facta fuerit promiſsio *per not. in §. alteri Inſtit. de Inutil. ſtipul.* Conſimilis eſt quæſtio quã mouet Io. And. *ad cap. vnicum de Rer. permut. in 6. nu. 2.* Si nimirum beneficia ſic permutemus, vt
6. meum beneficium tu accipias, tuum verò beneficium non ego viciſsim recipiam, ſed tertius, nepos fortaſſe quiſpiam vel amicus omni bene-

beneficio deſtitutus, vel qui alioqui nullum beneficium reddat:in eiuſmodi euentu reſpõdet talem permutationem eſſe ſimoniacam & nullam,quod &probat Pet.Ancharonus *in d.c. Vnico not.3.*& ratio eadẽ eſt,quod nimirũ ipſiſmet inter ſe permutationibus & non alijs beneficia propter permutationem reſignata conferri debeant.Atq; adeò eſt eiuſmodi beneficiorum permutatio nulla & ſimoniaca, vt poſſint à quibuslibet impetrari, vt reſpondit idem Io.And.loco citato, & Pet. And.Gam- 7.
marus *tract.de permut.benef.part.2. nu. 56.* & Panor.*in cap.Vniuerſorum nu.5.* & Philip.Franc. *in d.cap.Vnico,nu.3.de Rer.permut.in 6.*

CAP. II. SVMMARIVM.

1. *Beneficiorum reſeruatio alia Generalis, alia Specialis.*
2. *Beneficia Reſeruata coram Ordinariis permutari nequeunt.*
3. *Legatus à latere auctoritatem permutantibus beneficia Reſeruata non praſtat.*
4. *Beneficiorum Reſeruatorum collatio ad ſolum Pontificem ſummum ſpectat.*
5. *Adeò quod Renuntiatio eorum coram Ordinariis facta veram inducat vacationem.*
6. *Reſeruatione Põtificia ligãtur manus Ordinarij.*
7. *Permutationem faciens de beneficio reſeruato Papa inconſulto,habetur pro intruſo.*

8. Intru-

8. *Intruſus ſine cauſæ cognitione priuari nequit.*
9. *Quid in permutante beneficium reſeruatum cũ non reſeruato?*
10. *Permutari poſſunt beneficia reſeruata non obſtantibus gratijs expectatiuis.*
11. *Quid in beneficiis ſpecialiter reſeruatis.*
12. *Hodie in Gallia ſublata ſunt reſeruationes.*

VTrum permutatio beneficiorum Reſeruatorum corã Ordinariis expedita ſubſiſtat, quærunt Canoniſtæ. Præmittẽdum duplicem eſſe Reſeruationem beneficiorum, vnam
1. Generalem, alterã Specialem. Generalis dicitur quando ſub vna oratione includuntur plures reſeruationes, vt omnia beneficia vacatura in certo loco puta Burdigalæ vel Romæ ſeu in Curia Romana. *Rebuffus tit. de Reſeruationibus in Praxi benef.* vel etiam Generales reſeruationes dicere poſſumus, quando Papa ſuæ collationi reſeruat omnes dignitates maiores poſt Pontificales vt *in Reg. 3. Cancell.* aut quãdo concedit gratias expectatiuas ſeu mandata de prouidendo. Specialis autem dicitur quando certum corpus beneficij reſeruatur, vt cùm Papa reſeruat Eccleſiam aliquam Cathedralem ſuæ diſpoſitioni, vel vnam dignitatem, aut beneficium *vt in cap. ſi eo tempore 45. de electio. in 6.* Quę generalis & ſpecialis reſeruatio aliis modis & rationibus adhuc conſideratur *vt per Iacob. Simonettam tract. de Reſeruat. benef. quæſt. 4.* quas quia huius loci non ſunt, ſtudiò prætermitto.

Ad

Ad rem igitur noſtram quod attinet, reſolutiuè dicendum permutationem beneficiorum quæ reſeruata ſunt S. Sedi, ſeu Specialis reſeruatio fuerit, ſeu Generalis, non ſubſiſtere coram Ordinariis niſi auctoritas Pontificia interueniat, quod probatur per extrauag. Benedicti XII. *incip. Dudum. & extrauag. Execrabilis.* quibus in locis cauetur permutationem factá de beneficiis reſeruatis ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ mandato, non valere: atque ita communiter docet cùm veterùm, tum recentiorum ſchola; *Collectarius ad cap. quæſitum nu. 11. de rer. permut. Geminianus ad cap. Licet. nu. 26. d. tit. in 6. Frid. de Senis. tract. de Permut. quæſt. 1. Pet. de Vbald. nu. 19. Flaminius Pariſ. tract. de Reſig. benef. lib. 2. quæſt. 16. nu. 4. & lib. 7. quæſt. 14. nu. 7. Mandoſ. in Reg. 1. Cancell. quæſt. 13. nu. 4. Iacobus Simonetta tract. de Reſeruat. benef. quæſt. 46. nu. 4. P[illegible] deciſ. 262. lib. 2. Lapus alleg. 26. nu. 2. [illegible] [illegible]o-ſtra de Reſcript. Aen. de Falcon. de R[illegible] [illegible]ſt. 3. effectu, Coraſ. lib. 1. de Benef. cap. 9. nu. 4. Caſſad. deciſ. 1. de Rer. permut. Azorius lib. 7. Inſtit. moral. part. 2. capit. 29. verſ. Decimoſexto quæritur.* Siquidem Reſeruatio impedit quo minùs Ordinarij conferre poſsint eiuſmodi beneficia, licet alioqui coram iis renunciare ea poſsint, modo poſtea auctoritas interueniat Pontificis *Pariſius d. quæſtio. 14. nu. 6. Simonetta d. loco nu. 3. & 5. quem vide.* Adeoque inualida eſt 3.

Permu-

Permutatio beneficiorum Reſeruatorum, vt etiamſi Legatus à latere auctoritatem permutantibus præſtet, nihilo magis valeat, vt tradit Collectarius *in d. cap. quæſitum. nu. 12.* & Geminianus *d. 6. licet. nu. 26.* Bellamera *deciſ. 549.* Fred. *d. tract. nu. 4.* Ratio eſt, quia eiuſmodi benefi-
4. ciorum collatio ad ſolum Papam ſpectat, vt tradit Rota *deciſ. 30. de Præb. in no. & deciſ. 1. de Rer. permut.* In tantum, quod renuntiatio beneficij Reſeruati *teſte Flaminio d. loco* coram Ordina-
5. rio inducat veram vacationem: cùm renuncians amittat omnem proprietatem & poſſeſsionem, *Rota deciſ. 1. in no.* Ideo Nicolaus V. per ſuam conſtitutionem primam *Incip. Ad ſacram Petri ſedem.* Et Clemens VII. *in conſtit. XLVI. Incip. Admonet. Anno 1534.* & Gregorius XIII. *in cõſtit. XLII. Incip. Quæ in Eccleſia Dei, Anno 1576.* annullant collationes factas de beneficiis
6. Reſeruatis, & per Reſeruationem ligantur manus Ordinarij. *Io. And. in cap. ſi eo tempore. de elect. in 6.* & eſt communis opinio teſte Pariſio *d. deciſ. 16. nu. 8.* Ex quibus inſiſto prædictæ concluſioni, Permutationem beneficiorum Reſerua-
7. torum Papa inconſulto nequaquam valere: adeò vſque vt tales permutantes habeantur pro intruſis *teſte Felyno in cap. in noſtra: nu. 12. de Reſcript. per text. in cap. 2. ibi intruſus de Reſtit. in*
8. *integ.* qui tamen ſine cauſæ cognitione priuandi non ſunt à Papa, quia poſsident ſaltem coloratè *cap. licet ibi DD. de Præben. in 6. Feli. d. c. in noſtra:*

noſtrâ. nu. 34. Denique, amplia dictam concluſionem, vt licet permutatio fiat de beneficio reſeruato cum alio beneficio non reſeruato, tamen quoad reſeruatum non valet reſignatio & vacat, & non valet collatio; ideò ſecuta euictione beneficij non reſeruati, qui reſignauit reſeruatum, non poteſt ad illud redire quia debet conferri per Papam, Ita Card. Tuſchus *Pract. concluſ. iuris tom. 6. concluſ. 307. nu. 3.* Porrò quod diximus non ſubſiſtere Ordinarij collationem ſtante reſeruatione generali vel ſpeciali, hoc fallit in caſu cap. Licet de Rer. permut. in 6. quo diſponitur per gratias & reſeruationes Pontificias ſiue expectatiuas ad beneficia proximè vacatura, non impediri beneficiorum permutationem idque de æquitate canonica. Quæ iuris diſpoſitio an obtineat etiam in beneficio ſpecialiter reſeruato, puta ſi quis impetraſſet Archidiaconatum vacaturum, vide ſi lubet Caſſadorum *in deciſ. tit. de Rer. permut. deciſ. vnica nu. 2.* Sed hodie in regno Franciæ ſublatæ ſunt reſeruationes beneficiorum, vt videre licet in Pragm. ſanct. tit. de Collationibus tam general. quam ſpecial. Quid autem ſi conceſſæ ſint motu proprio, videto Caſſad. *deciſ. 1. ad Reg. Cancel. tit. de reſeruatio. in pr.* 9. 10. 11.

CAP. III. SVMMARIVM.

1. Beneficiorum Reſeruatorum permutatio etiam au-

ctori-

ctoritate Papæ facta, an ſubſiſtat, nulla reſeruationis facta mentione.
2. *Papa in dubio nemini præiudicat.*
3. *Gratia Perinde valere, ſanat permutationem ſi in ea ſuppreſſa ſit qualitas Reſeruationis.*
4. *Num exempta beneficia permutari queant.*
5. *Quæ dicantur beneficia exempta.*

IAm ante diximus nullas eſſe permutationes beneficiorum Reſeruatorum factas coram Ordinarijs Papa incõſulto: nunc proximo de-
1. flexu videndum eſt, an permutatio eiuſmodi beneficiorum etiã auctoritate Papæ inita ſubſiſtat, nulla mentione facta Reſeruationis? hæc quæſtio terminari poteſt ſolutione quam dat Pet. And. Gãmarus *ad cap licet. nu. 45. de Rer. permut. in 6.* Itemque Fred. de Senis *tract. de Permut. quaſt. 4.* quod aut Reſeruatio erat generalis, & nota in Curia, ita quod ſit veriſimile Papam eiuſmodi reſeruationem ſciuiſſe, & tunc ſubſiſtit permutatio, etiam ſubticita reſeruatione. Cuius rei ratio eſt, quòd quando reſeruatio eſt generalis, cenſetur facta in odium Ordinarij Collatoris, qui forſan cõferebat indignis; Aut reſeruatio erat ſpecialis, ſeu particularis & ſecreta, de certis nimirum & nominatis beneficiis: & tunc non valet, niſi de illa fiat mentio. tum quod Papa potuit eſſe neſcius eiuſce reſeruationis, tum quod cenſetur facta in fauorem
2. certæ perſonæ; Papa autem in dubio nemini

præiu-

præiudicare velle præſumitur. *cap. ſuper eos de offic. deleg. Nauar. conſ. 8. lib. 5.* quò fit vt non valeat huiuſmodi permutatio *Mandoſius ad Reg. 1. Cancell. quæſt. 13. nu. 4. Milis in Repert. verbo Permutatio facta per Papam.* ſuccurri tamē poterit iſtis 3.
permutantibus per gratiam quā vocant PERINDE VALERE, quæ ſolet impetrari cū quis dubitat primam Papę prouiſionem ex aliqua cauſa impugnari poſſe vt perinde valeat atque ſi valida fuiſſet tempore impetrationis, ſuperqua clauſula latè ſcribit Rebuffus *in praxi, initio Partis ſecūdæ.* Denique per clauſulā MOTVS PROPRII. *cap. ſi tibi conceſſo de Prabend. in 6.* ſuper qua dicam capite ſequenti. Hæc de beneficiis Reſeruatis. Quid in Exemptis? Nec 4.
horum conſiſtit permutatio niſi coram S. Præſule *glo. in c. Si Abbatē. de Electio. in 6. vbi DD. & Card. Zabarella conſ. 112. dub. 5. Flam Pariſ. de Reſig. benef. quæſt. 7.* vbi ſcribit triplici tatione 5.
dici beneficium exemptum: vel quod ſoli Papæ ſit ſubiectum, vel quod ſit exemptum ab Epiſcopo, ſed ſubſit proprio Prælato, & hoc caſu ſi proprius Prælatus habet Iuriſdictionem Epiſcopalem, aut priuilegium, ipſe poterit recipere renuntiationem; vel denique, quòd Eccleſia ſit exempta à Iuriſdictione Epiſopi, populus verò nequaquā, & hoc caſu ſecundum Pet. And. Gammarum *in c. 1. de Rer. Permut.* poterit Epiſcopus recipere renunciationem ex cauſſa permutationis.

CAP.

Cap. IIII. Svmmarivm.

1. *Vtrum permutatio valeat ſuppreſſa beneficij qualitate.*
2. *Qualitas beneficij in impetrationibus exprimi debet, aliàs nullæ erunt. Limita nu. 10.*
3. *Impetrationes beneficiorum ſunt odioſæ.*
4. *Beneficiorum permutatio etiam ſuppreſſa eorum qualitate valebit, ſi quidem motu proprio Pontifex eam admittat.*
5. *Clauſulâ motus proprij excluduntur omnes defectus.*
6. *Secus ſi Pontifex declaraſſet ſe annuiſſe ad inſtantiam partis.*
7. *Clauſula motus proprij vt aliquid operetur debet expreßè & certò conſtare de voluntate Papæ concedentis.*
8. *Imò, ſecundum quoſdam debet eſſe ſcripta manu Papæ.*
9. *Effectus clauſulæ Motus proprij remißiuè.*

1. SVppar occurrit quæſtio. An ſubſiſtat permutatio ſi permutantes nullam fecerint mentionem qualitatis beneficij? Diſtingue: Aut permutatio fit per Ordinarium, & tunc non eſt neceſſaria mentio ſeu expreſsio qualitatis beneficiorum, *Geminia. in cap. licet nu. 25. de Rer. permut. in 6.* Aut permutatio facta eſt per Papam: quo caſu, aut non eſt facta motu proprio, aut contra. Priori caſu, rurſum diſtingue, aut ex litteris permutationis colligi poteſt S. Ponti-

Pontificem non neſcium fuiſſe cauſæ permutationis & qualitatis beneficiorum, quo caſu valebit permutatio; quia tum ceſſat diſpoſitio canonum ſtatuentium in impetrationibus beneficiorum per Papam conferendorum declarandam eſſe qualitatem eorundem, *glo. in Clem. 1. de Præbend. arg. cap. non poteſt. eod. tit. in 6.* 2.
Aut non poteſt hoc elici ex litteris permutationis, vt quia tãtum apparet Pontificem permutationi auctoritatem præſtitiſſe ad petitionem ſupplicantium: quo caſu aut ſubticuerũt qualitatem beneficij valdè ſignandam, vtpote Iurispatronatus laicorum, Eccleſię Cathedralis, vel Collegiatæ, aut beneficij curam animarum habẽtis, aut beneficij ad cuius titulũ ordinatus eſt *Nic. Garcia de Ben. parte 2. cap. 5. nu. 193.* vel alias cõſimiles (quas ordine recẽſet Flã. Pariſ. *tract. de Reſign. benef. lib. 10. quaſt. 2. nu. 20. & ſeq.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma ſignat. ſimpl. prouiſ. verſ. Quod obſtantia, &c. nu. 19.* Lælius Zecchius *tract. de benef. cap. 9. § ex parte impetrantis*) quæ Pontificem veriſimiliter mouere potuiſſent ad non expediendam permutationem, & non valebit ſubticitis eiuſmodi qualitatibus *Gammarus & Geminia. ad cap. Licet nu. 25. & 139. de Rer. permut. in 6.* Cur ita? quia vt impetrationes ſunt reſtringendæ *cap. quamuis de præbend. in 6. cap poſtulaſti de Reſcript.* ita etiam permutationes *Card. Tuſchus tom. 6. Pract. concluſ. concluſ. 305. nu 2.* vt quæ plerumque annuantur fauore ſeu 3.

intuitu perſonarum. *Collectarius in cap. ad quæſtiones.nu.10.de Rer.permut.* Aut ſubticuerũt qualitatem exigui momenti, vt valor, & ſimilia, & ſubſiſtet. *Gammarus d.nu.139.in fi.* Secundo principali membro, ſi permutatio facta eſt motu proprio, etiam ſubſiſtet: nonobſtãte quod beneficiorum qualitas fuerit in literis permutationis celata, ſiquidem per expreſsionẽ huius clauſulæ præſumitur vti voluiſſe in ſua cõceſſione plenitudine poteſtatis, omnesque defectus qui redargui poſſent excludere vel reparare. *Ant.de But.in cap.conſtitutus de Reſcript. Felij. in cap.cauſam quæ de teſtibus.* quaſi ſic diſponẽdo ipſe non videatur id feciſſe ſine magna & legitima cauſa quæ hoc facilè meretur ne de eius voluntate ſic expreſsim declarata liceat dubitare, multo minus diſceptare; ne contingat vel Põtificem ipſum vel Principẽ de mẽdacio vel iniuſtitia tandem redargui. Regulare enim eſt illud, vt vbi de manifeſta Papæ vel Principis voluntate apparet, ceſſare debeat omnis vlterior diſputatio; quæ quidẽ voluntas manifeſta hoc etiam operatur vt etiamſi apparere poſsit gratiam vel permutationem eſſe aliquo modo obtentã ad inſtantiã partis, dũmodo tamẽ hæc clauſula (Motus proprij) inueniatur adiecta, ſuũ nihilominus operetur effectũ, ita vt gratia perinde valeat atque ſi facta fuiſſet motu proprio, nemine ſollicitãte, ne alioquin occaſio ſi reprehendẽdi literas Papales, aut de mendaci

redar

redarguēdi. Quāquā nō difficultate careret ſi in eadem diſpoſitione motus proprij, Papa ipſe declaraſſet ſe cōceſsiſſe ad inſtantiā partis: quia ſic clauſula Motus proprij etiam ſcripta manu Papæ nihil operabitur, vt quæ contra ſe habet partis inſtātiā, cuius maior habēda eſt ratio in præiudiciū partis ambiētis, *Carolus Ruinus cōſ. 41. vol 1.* Quemadmodū ergò hæc clauſula (Motus proprij) vim ſuā & authoritatē accipit à mera voluntate Papæ concedētis: ita debet de ea manifeſtè & certò conſtare, vt quondam auditore me docuit clariſsimus Anteceſſor Louanienſis D. Stephanus VVeymſius *ad cap. ſi motu proprio ibi text. de Preben. in 6.* Quæ iuris diſpoſitio adeò vſque vera eſt, vt non deſint qui velint dictam clauſulā nihil operari, niſi ſcripta fuerit manu Papę vel Principis, nec ſufficiat ſi teſtibus probetur illā fuiſſe in cōceſsione expreſsā *Fely. ind. 1 ap. cauſam quæ & in cap. Cùm inter & ibi Decius de except. Geminianus in d. cap ſi motu proprio. Frācus in Clē. ſi Romanus Pontifex de Prabend.* Alios effectus huius clauſulæ, Motus proprij legat qui volet apud Gabrielium *libro communium concluſ. 6. tit. de clauſulis concluſ. 2.* Deniquè, quod diximus ſuppreſsionem qualitatis beneficiorum nullam reddere permutationem, limita, niſi adſit bona fides. Vnde ſi quis dedit mandatum ad reſignandum beneficium; & dum putat illud executum impetrat aliud, vel permutat non facta mentione prioris, quo ſe priuatum putat,

6. 7. 8. 9. 10

putat, nec illud per ſe vel alium ſubornatum retinere ſatagit, valet impetratio ſecundi vel permutatio, vt notat Auctor Analyt. commẽt. *ad Reg. de Infirm. reſig. nu. 4.*

Capitis V. Svmmarivm.

1. Permutantes coram Papa vel Legato de latere aliorum beneficiorum, quæ poßident mentionem facere debent quod fallit, vt nu. 5.

2. Fallit quoque ſi adiecta eſſet clauſula, Pro expreßis habentes.

3. Beneficia renunciata ex cauſſa permutationis verè vacant.

4. Permutatio dependet ex gratia & diſpenſatione Superioris.

5. Stylus Rom. Curiæ hic attendendus eſt.

6. In permutationibus quæ fiunt auctoritate Ordinarij expreßio aliorum beneficiorum non eſt neceſſaria.

7. Fallit, niſi ſit permutatio beneficij ad cuius titulum fuit ordinatus.

8. Decreta Concilij Triden. non poſſunt per æquipollentia adimpleri.

QVid ſi permutantes aliorum beneficiorum quæ poſsident nullam in permutatione coram Pontifice vel Legato de latere expedita fecerint mentionem? Sunt qui apertè aſſerant valere eiuſmodi permutationem, *Fred. de Senis tract. Permut. nu. 27. P. de Vbald. nu. 48. verſ. quarto quæritur.* hoc argumento, quod ſolum

lum canones ſtatuant fieri debere aliorum beneficiorum mentionem in impetrationibus & diſpenſationibus, quòd nimirum hæc ſint odioſa, ambitionemque continere videantur; atverò in permutatione ceſſat omnis ambitioonis ſuſpicio, cum beneficium beneficio non addatur. Ceterùm, ſi credimus Rebuffo *in praxi. tit. de Permut. nu. 35. & ad Reg. Cancell. tit. de infirm: benef. reſig. in tit. de Permut. nu. 35.* tutius eſt, omnium beneficiorum quæ permutantes poſsident fieri mentionem, niſi tamen adiecta eſſet clauſula Pro expressis habentes *vel* motvs proprii. *P. Vbaldis tract. de Permut. benef. nu. 49.* Nec deeſt ratio: nam Clericus qui eſt ad vnum beneficium idoneus, non eò ad aliud eſt capax; quique eſt vno beneficio dignus, non ob id duobus eſt dignus, cum quibus vnũ ſæpè cõmutatur; quique meretur tenue beneficium, non eo ipſo opimum videtur mereri. Confirmatur Rebuffi opinio, imprimis quòd beneficia renunciata ex cauſſa permutationis, facta renunciatione verè vacant, *Fred. de Senis quæſt. 1. & q. 26* Cum ergo Papa non proprio motu, ſed ad permutare volentium ſupplicationem confert, qui ſua beneficia ſubticet, cenſetur ſurreptitiè gratiam obtinuiſſe, *iuxta cap. Si motu proprio de Præbend. in 6. Io. And. in cap. in noſtra, de Reſcript. c. Si proponẽte. & cap. Poſtulaſtis, dicto tit.* Secũdo permutatio depẽdet ex gratia & diſpẽſatione Superioris *iuxta not. in c. quæſitũ*

1.

2.

3.

4.

de Rer.permut.& cap.Vnico eod.tit.in 6. Ergo ſubticitis beneficiis, videtur nulla permutatio, cùm non ſit præſumendum Papam velle conſentire permutationi cum aliàs beneficiato, ſicut cum non beneficiato. Tertiò, permutatio de qua hîc, propriè non eſt permutatio: quia de meo non fit tuum: cùm beneficia facta renunciatione amplius non ſint permutantibus, nec vnus habet ab alio, ſed à Superiore & ex noua collatione ad petitionem partis facta, ergo eſt aliorum beneficiorum facienda mentio, *arg.l.Quæ vſum fructum §.fin.cum l.ſeq.ff. de Vſufr.l.Si quis ff. de Vſufr. leg. Pet. And. Gammarus in Repetitione cap.Vnici de Rer.permut.in 6.ad Rub.nu. 65.* Et hæc quidem licet ſpecioſa videantur, haud temerè tamen recederem ab opinione Fred. de Senis, loco ſuprà citato: motus ratione quam ibi affert, quam ſequitur Geminia. *in cap.Vnico col.pen.& ibi Philip.franc. de Rer. permut. in 6.* Nec obſtat ratio cap.Si motu proprio, ſcilicet ambitionis: quia non quæritur de beneficio addendo ad beneficium, ſed de ſurrogando alterius loco, vnum vel plura, & ſic ceſſat ambitio.
5. Limitanda tamen opinio Fred. Senenſis, niſi aliter inualuerit ſtylus Rom. Curiæ cui adhærere debemus, vt notat Grauatius ad Veſtrium *cap 4.nu.5. libri 5.* In permutatione autẽ
6. quæ fit auctoritate Ordinarij, expeditum eſt eiuſmodi beneficiorum expreſsionem minus

nus eſſe neceſſariam *cap. fin. de Officio ord. notat Feliŋ. in cap. in noſtra nu. 16. de Reſcript. qui & appellat Rotam tit. de Rer. permut. deciſ. 14. pro qua facit Clem. etſi de officio ord. quibus adſtipulatur Vbaldis d. tract. nu. 50. & nouiſſimè Nicol. Garcia tract. de beneficiis part. 11. cap. 4. nu. 99.* Limita tamen, niſi eſſet beneficium ad cuius titulum permutans fuit ordinatus : eiuſmodi enim permutatio non expreſſa dicta qualitate, videlicet, quod fuerit ad illius titulum, ordinatus, eſt ipſo iure nulla, obſtante decreto Concilij Triden. *ſeſſ. 21. cap. 2.* cuius diſpoſitio non poteſt per æquipollens adimpleri, vt fuit reſolutum per S. Congregationem in vna Aretnia plebis 4. Decemb. anni 1600. coram Illuſtriſſ. Mellino, teſte Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. §. 10. nu. 34. glo. 5.* 7. 8.

CAP. VI. SVMMARIVM.

1. *Præſtimonium quid ſit?*
2. *Præſtimonia rectè cum beneficiis permutantur.*
3. *Hodie Præſtimonia omnia dantur in titulum.*
4. *Præſtimonia comprehenduntur ſub Regula de Annali & Triennali.*
5. *Hoſpitalia quæ dantur in titulum, cum beneficiis permutari poſſunt.*

De Præſtimonio dubitatur an cum beneficio Eccleſiaſtico permutari queat ? quæ quæſtio priuſquam expediatur, ſciendum eſt
1. Præſtimonium ſeu Præſtimoniales portiones eſſe annuos quoſdam prouentus ex beneficiorum reditibus detractos deſtinatoſque ad ſuſtentandos iuuenes, qui literis operam nauant, eaque fuit prima inſtitutio hæc Præſtimoniorum; quæ licet tractu temporis in beneficia Eccleſiaſtica tranſierint, tamen ſui origine beneficia non fuerunt, licet ſecus poſtea vt dixi: Ideò docet Hoſtienſis Præſtimonium eſſe beneficium Eccleſiaſticum, *in cap. Poſtulaſti de Reſcript. tex. in cap. quoniam de conceſſ. præb. in 6. Milis in Repert. verbo Beneficij appellatione. quod & probat Martinus Azpiculeta Nauarrus conſil. 11. nu. 2. lib. 3.* ſecundum quam deſcriptionem reſolutiuè cū communi DD. Schola dicimus beneficiū cum Præſtimonio, & è cōtra poſſe permutari, *Collectar. ad c. quæſitū nu. 26. de Rer. permut. Fred. de Senis de Permut. quæſt. 14. P. Vbald. d. tract. nu. 6. Milis inRepert. verbo Permutari poteſt.* qui volūt Præſtimonia permutari poſſe quæ habentur in titulum, & quæ Clericis conceduntur, non quę laicis
3. largiuntur; hæc enim cum beneficiis minimè permutantur, *Paponius lib. 2. tit. 7. arreſto 1.* ſed hodie Præſtimonia omnia, præſertim in Hiſpania, dantur in titulum perpetuum, & habent annexum obſequium ſpirituale; ideo-
4. que eiuſmodi Præſtimonia ſubſunt Regulis

Can-

Cācell.de Annali & Triennali, teſte Mandoſio *ad Reg. de Annali quæſt. 12. nu. 3. & 4.* Idem de noſ- 5.
pitalibus dicendum docet Flaminius Pariſius *tract. de Reſig. benef. lib. 2. quæſt. 14. nu. 3.* & Milis *dicto loco.* nimirū illa cum beneficiis permutari, quando ea in titulum conferuntur, quod fit cum in fundatione id dictum eſt, vel quando in hoſpitali ineſt campanile cum campana ad congregandos homines pro diuino officio, vt ſcribit Mandoſ. *ad Reg. de annali quæſt. 10. Milis in verbo Beneficium nu. 4.* quæ hoſpitalia cum ſint inſtar beneficiorum, haud dubium eſt quin rectè commutentur, vt quoque notauit Glo. *in Clem. Vnica de Rer. permut.* quod ſecus eſt quādo hoſpitalia non ſunt domus religioſæ, ſeu non dantur in titulum, quia tum nullo modo permutari poſſunt ſine vitio ſimoniæ, quantumlibet ambo permutantes eam permutationem cumprimis optarent perfici, *Boetius Epo. ad d. Clem. Vnicam in glo. verbi Si qua beneficia.*

Cap. VII. Svmmarivm.

1. *Beneficium in commendam datum quod?*
2. *Commenda alia temporalis, alia perpetua.*
3. *Temporalis, non tribuit ius ad beneficium; quod contra eſt in perpetua. 4.*
5. *Hodie commendæ omnes ſunt irreuocabiles, & indiſtinctè permutantur. 6.*
7. *Commendæ perpetuæ nihil diſtant hodie ab alijs bene-*

beneficiis
8. *Commenda in dubio præſumuntur perpetuæ.*
9. *Commendatum beneficium poteſt permutari cũ titulato vel commendato, etiam per Ordinariũ.*

QVid in Commendis? an illæ cum benefi-
1. ciis permutari queant? Commẽdam vocamus beneficium quod cuſtodiæ cauſa conceditur, *cap. nemo de elect. in 6.* eaque eſt vel tem-
2. poralis, *de qua in d. cap. nemo. & plenè ſcribit Mandoſius ad Reg. 32. Cancell. nu. 4.* vel perpetua, *de qua in cap. illud & in cap. Relatio 21. quæſt. 1.* Illa permutari non poteſt, *Collectarius ad cap. Quæſitum. nu. 20. & ad cap. exhibita nu. 13. de Rer. permut.* niſi tamen Pontificis auctoritate expediatur permutatio *P. And. Gammar. ad cap. licet. nu. 88. de Rer. permut. in 6.* Hæc verò permutari poteſt *Fred. de ſenis d. tract. nu. 23.* Ratio prioris con-
3. cluſionis eſt, quia commenda ad tempus non dat ius ad beneficium, & quandocumque poteſt reuocari, *glo. & DD. in d. cap. nemo. Flam. Pariſius tract. de Reſig. benef. lib. 2. quæſt. 17. nu. 3. Mandoſius ad d. Reg. 32.* nec commendatarius facit fructus ſuos, neque eſt prælatus beneficij, ſed procurator, habens tamen legitimam adminiſtrationem, *Nauar. conſ. 9. lib. 3. de Prebend.* Ratio ſecundæ concluſionis ſit, quod per com-
4. mendam perpetuam commendatarius conſequitur ius in illo beneficio, atque etiam titulum facitque fructus ſuos *Io. Monach. in d. cap. nemo. Flam. Pariſ. d. quæſt. nu. 11. & 12.* illosque poteſt vel in perpetuum vel per plures annos

elocare, *Calder. conſil. 6. de Preben. & conſil. 8. de locato.* Verùm, quoniam commendæ noſtri temporis ſunt irreuocabiles, ex quo fiunt ad vtilitatem perſonæ, non etiam Eccleſiæ, *Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 36. Flam. Pariſ. lib. 3. d. tract. quæſt. 6. nu. 46. Rota deciſ. 791 nu. 11. part. 1. diuerſ.* non video quid intercedat quominus indiſtinctè permutentur, quod & voluiſſe videtur Rebuff. *in praxi tit. de Commenda nu. 53.* Milis *in Repert. verb. Permutari poſſunt fol. mei 305.* Cùm parum aut nihil diſtent ab aliis prouiſionibus beneficiorum *Alciat. in l. pactum curatoris col. 1. C. de Pact.* In dubio autem Commendæ perpetuæ cenſentur, niſi de contrario doceatur, vt concluſit Rota *in vna Sarnen. teſte Mandoſius ad Reg. 30. Cancell. quæſt. 3. nu. 5.* nam actus certo tẽpore non cõcluſus, perpetuus reputatur *l. Iuriſperitos in pr. ibi Bart. ff. de excuſ. tut. glo. 1. in cap. fin. de ſolut.* Sed, an auctoritate Papæ expediri debeat eiuſmodi permutatio? adſtruit Panormit. *in cap. Cũ olim. col. 1. de Rer. permut. & alij Canoniſtæ,* licet contrariũ teneat Auctor Analyt. Cõmẽtarij *ad Reg. Cancell. de Publican. reſig. nu 303.* dũmodo tamẽ Ordinarius cõferat beneficiũ cõmẽdatũ in titulũ, & habili ſecũdũ ius cõmune. Quia ſicut Ordinarius poteſt admittere reſignationẽ huiuſmodi cõmẽdæ factæ per Papã vel Legatũ & in titulũ cõferre ſimpliciter & liberaliter: ita etiã poteſt admittere & cõferre cauſſa permutationis, adde Rebuff. *in praxi tit. de Commenda nu. 53. in fi.*

5. 6. 7. 8. 9.

CAP. VIII. SVMMARIVM.

1. *Beneficia vnita an permutari valeant.*
2. *Beneficium vnitum, amplius non vacat, neque habetur beneficium per ſe, ſed membrum eius cui vnitum eſt.*
3. *Per vnionem cenſetur ius quaſitum ei cuius beneficio vnitum eſt.*
4. *Subijciuntur limitationes tres eius Reg. quæ dictat beneficia vnita permutari non poſſe.*
5. *Solemnitas extrinſeca vnionis præſumitur interueniſſe curſu decennij.*
6. *Papa poteſt beneficium vnitum non obſtante vnione conferre ſuſpendendo vnionem ad vitam eius cui illud confert: & idem in Permutationibus, & nu. 10.*
7. *In reſignationibus ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum.*
8. *Vnio ſi ſequeretur renunciationes hinc inde factas ſubſiſteret permutatio.*

DE beneficiis vnitis dubitatur, an de illis permutatio fieri poſsit? verbi cauſa, Titij beneficium vnitum eſt beneficio meo, vt
1. poſt eius mortem vnio ſortiatur effectű, iam an Titius poſsit illud beneficium permutare cum beneficio Meuij? Vel fac duo beneficia eſſe vnita cœnobio monachorum, an Clerici eorum Rectores queant de iis permutationem inire? Communiter reſpondent Doctores nō poſſe *Collect. in cap. Cùm olim. nu. 12. & in cap. quæ-*

ſitum

ſitum nu. 13. de Rer. permut. Fred. de Senis tract. de Permut. quaeſt. 33. Bellam. de Permut. part. 3. quaeſt. 7. nu. 10. Rota deciſ. 36. in vltimis. Nicol. Garcia tract. de benef. part. 11. cap. 4. nu. 23 & ſeqq. Zerola in praxi Epiſcopali part. 2. verbo Vnio §. 14. Rebuff. in praxi, Reg. de Vnionibus nu. 9. Staphileus de litt. grat. tit. de vi & effectu clauſularum §. ſexto ſimilis motus nu. 6. & ratio eſt, quia eo ipſo quo eſt vnitum, amplius vacare non poteſt *cap. vnico verſ. quidam de exceſſ. prælat. in Clem.* nec cenſetur beneficium per ſe ſed membrum eius cui vnitum eſt, *Azorius lib. 7. Inſtit. moral. part. 2. cap. 29. verſ. ſeptimo quaeritur. Card. Tuſchus Pract. concluſ. tom. 6. concluſ.* 2.
308. nu. 2. Ideò per vnionem cenſetur ius quæſitum Eccleſiæ vel perſonæ cuius beneficio vnitum eſt vt ſcribit Oldrad. *conſ. 257. nu. 29* Limita primò hanc concluſionem dummodo vnio ſubſiſtat: nam ſi nulla eſſet ratione puta defectus poteſtatis vnientis, ſubſiſteret permutatio *per Reg. non praeſtat de Reg. Iur. Garcia d. cap. 4. nu. 27.* Idem dicendum ſi ſolemnitas aliqua extrinſeca defeciſſet, quæ tamen in dubio præſumitur interueniſſe curſu decennij *Cardinal. Clem. 1. quaeſt 9. de Electio. latè Feliꝗ. in cap. ſicut nu. 29. de ſent. & re iud.* Secundò, limita dummodo permutatio non ſit facta auctoritate Papæ cum narratiua vnionis. *Put. deciſ. 337. lib. 1. Flam. Pariſ. lib. 2. de Reſig. quaeſt. 9. nu. 8. Gonzalez ad Reg. 8. glo. 5. §. 7. nu. 137. Nicol. Garcia d. cap. 4. nu. 29.* Nam, vt poteſt Papa beneficium vnitum nonob- 3. 4. 5. 6.

nonobſtante vnione conferre,ſuſpendendo v-
6. nionem ad vitam eius cui illud confert beneficium vnitum,& hoc de plenitudine poteſtatis quam in his beneficiis habet *cap.2 de praeben. in 6.* ita & permutantibus auctoritatem præſtare,vt reſpondit Oldradus *conſ. 157.* citatus Rebuffo *in praxi tit. de Vnionis reuoc. nu. 32.* non enim tam tollit vnionem quam ſuſpendit: aliud autem eſt tollere, aliud ſuſpendere *Innoc. in cap. cùm inter de conſuet.* & in reſignationibus
7. ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum, ſuppreſsionum, & aliarum gratiarum, *Mandoſ. de ſignat. grat. tit de Reſignat. verſ. datur ſuſpenſio* Flam. *Pariſ. lib. 8. quaeſt. 7. nu. 172.*
Limita tertio,vt demũ procedat cõcluſio,mo-
8. dò ipſa vnio totam permutationẽ præceſſerit: quoniam ſi vnio ſequeretur renuntiationes factas,licet præcederet collationem,adhuc permutationem non impediret, cum gratia permutationis factæ fuerint iſtæ renuntiationes &ſimiliter collatio,*Fa. Clem. vna de Rer. permut. Pet. de Peruſio tract. de Permutatio part. 1. quaeſt. 6. Caccialup. de Vnionibus art. 8. quaeſt. 13.* & eſt communis opinio vt not. Flam. Pariſ. *lib. 2. de Reſignat. quaeſt. 9. nu 2.* quod idem in beneficiis ex-
9. tinctis dicendum eſt, de quibus vide Io Andr. *in ſuis nouell. eod. tit. de Rer. permut.* Flam. Pariſ. *d. loco, Azor. lib. 7. Inſtit. moral. cap. 25. quaeſtio. 8.*

Cap.

CAP. IX. SVMMARIVM.

1. *Manualia beneficia Superioris voluntate ſunt reuocabilia.*
2. *Poſſunt permutari.*
3. *Et reſignari expreſſa manualitate.*
4. *An deſinant eſſe manualia noua prouiſione vel permutatione.*
5. *Papa non præſumitur tollere conſtitutiones & ſtatuta Religionum.*
6. *Niſi ex certa ſcientia Papa prouideret.*
7. *Conceſſa à Superioribus per inferiores tolli non poſſunt.*

SVnt & beneficia manualia, vt ſunt Prioratus, qui à poſſeſſoribus ad nutum conferẽtis ſeu Superioris amoueri poſſunt occurrente 1. ſaltem legitima cauſa, *vt teſtatur glo. & text. in Clem. Regulares, verbo reuocare de ſupplen. neg. prælat. Milis in verb. beneficium Doctor VVameſius conſil. 231. nu. 8. lib. 1.* quæro, an eiuſmodi beneficia 2. poſsint permutari? Expeditum eſt poſſe. quia licet poſſeſſor huiuſmodi beneficiorum ſit reuocabilis, poteſt tamen volente Prælato eſſe perpetuus, *l. ſufficit. de condict. indeb. P. And. Gam. de poteſt. Leg. à lat. lib. 4. nu. 13. in fin. & ad cap. Licet. nu. 89. de Rer. permut. lib. 6. Milis in Repert. verbo Permutari poſſunt.* Nam & validè reſig- 3. nare poterit in fauorem, expreſſa tamen manualitate, vt voluit Rota Pariſio citata, *lib. 2. de Reſignat. benef. quæſtio. 11. nu. 6. & 7.* Sed

an huiuſmodi reſignatio vel permutatio, etiã
4. dato quod expedita eſſet Pontificis auctoritate, immutet qualitatem beneficiorum quò minus exiſtant manualia & reuocabilia per ſuperiores? & dicendum non immutari: quia Papa
5. non intendit Conſtitutiones & Statuta Religioſorum tollere, vel iuri Cœnobiarcharum derogare: *cap. ſuper eo de officio deleg. l. 2. §. Si quis à Principe ff. ne quid in loco pub. Gammar. ad d. cap. nu. 90.* quam etiam ſententiam diſputando ſecutus eſt Paulus de Laza. hoc inſuper addens quod ſi Prælatus fuit negligens conferendo Prioratum manualem aliudue beneficium manuale, ita quod Papa iure deuoluto conferat dictum Prioratum, is cui prouiſum erit, perpetuus non erit, ſed reuocari per Prælatum quotieſcunque ei lubebit poterit, *per not. glo. in*
6. *Clem. quia regulares de ſupplen. negl. prælat.* Limita tamen prædicta niſi Papa ex certa ſcientia prouideret, vel auctoritatem permutationi ita præſtaret, vt prouiſi vel permutantes non reuocentur, *Rebuffus in praxi tit. de permut. nu. 51.* cuius rei ratio eſt, quod quæ per Superiorem
7. dantur ex certa ſcientia, ab inferiore retractari aut tolli nequeant, *cap. 1. vbi Panor & Innocen. de confir. vtil. vel inutil.* quod intellige dummodò Papa ex certa ſcientia talem religioſum ab obedientia ſui Prælati ſubtrahat, illum conſtituendo ſuum obedientiarum vt cõcludit Collectarius *in cap. Cùm vniuerſarum de Rer. permut.*

Nam

Nã aliàs nõ cenſetur Papa derogare iuri & cõſtitutionibus Religioſorũ, niſi exprimat vt prædixi, *& not. in cap. 1. de Cõſtit. in 6. & d. cap. ſuper eo.* 8.

CAP. X. SVMMARIVM.

1. *Vtrum beneficia Electiua poßint permutari.*
2. *Beneficia Electiua reſignari poſſunt, modò conſenſus eligentium interueniat.*
3. *An conſenſu omnium, an verò maioris partis debeat interuenire?*

OCcurrit inſuper & dubitatur an beneficia Electiua permutari queant? & quidem receptiorem eſſe Doctorum ſcholam, modò conſenſus accedat eligentium, probat ſequiturque Flaminius Pariſius *lib. 2. de Reſig. benef. quæſt. 5. nu. 4.* qui inſuper ait conſenſum non requiri de neceſsitate præciſa in ipſa renuntiatione, ſed ſufficere quod ſequatur, *Lapus in Clem. vnica, & ibi Card. & Zabarel. de Renuntiat.* Idemque iuris eſſe in reſignatione etiam in fauorem: cuius ſententiæ aſſertores aduocat *Card. Zabarel. Anchar. Imol. & alios in d. Clem. vnica de Renuntiat.* atque hic quidem conſenſus, ſi reſignatio vel permutatio fiat in fauorem perſonarum, & illarum vtilitatem ſufficit ſi ſit maioris partis eorum quorum intereſt; ſi verò in fauorem Eccleſiarum vel illarum vtilitatem, conſenſus omnium requiratur, *Geminia. in cap. vnico nu. 15. de Rer. permut. in 6.*

1. (margin, beside "cia Electiua permutari queant")
2. (margin, beside "in fauorem")
3. (margin, beside "ſus, ſi reſignatio")

CAP. XI. SVMMARIVM.

1. *Promotus ad parochialem Eccleſiam intra annũ promoueri debet, alioquin beneficio priuãdus eſt.*
2. *Habens beneficium curatum, an cum ſimplici vel cum alio curato permutare poſſit?*
3. *Nemini iniuriam facit qui iure ſuo vtitur.*
4. *Permutationis vigore qui Curatum beneficium accipit intra annum promoueri debet, aliàs eo priuatur.*
5. *Hodie in Curia reſignationes & permutationes parochialium & aliorum beneficiorum reſidentiam requirentium non ſubſiſtunt, niſi exprimatur tempus quo illa poſſederunt: & hodie requiritur vt poſſederint per quinque annos.*

DE beneficio curato dubitatur, vtrum eius
1. poſſeſſor antequam ſacerdotio initiatus ſit intra annum permutare poſsit cum beneficio ſimplici? dubitationem mouet quòd poſſeſſor beneficij curati intra annum ſacerdotio inſigniri debeat, ceteroquin eo beneficio ipſo iure excidat, *c. licet canon. c. commiſſa de electio. in 6.* Secundò, quòd fraudem ſapiat eiuſmodi permutatio, cùm is cui prouiſum eſſet de beneficio curato ante expletum annum permutare poſſet, contra mentem Cõſtitutionis, *licet canõ.*
2. Hiſce tamẽ non obſtãtibus haud verò diſsimiliorẽ eſſe ſententiã putẽ, exiſtimantiũ ſubſiſtere eiuſmodi permutationem, dũmodo nõ apertè cõſtet permutationẽ factã eſſe in fraudẽ, *Archid. in cap.*

in cap. cùm ex eo de Electio. Pet. And. Gāmar. ad cap. licet nu. 98. de rer. permut. in 6. Milis in Rèpert. verbo Permutari poteſt fol. mei 305. Cuius ſententiæ ratio eſt, quòd licet intra annum promoueri debeat, ius tamen in beneficio retinet vſque ad 3. finem anni, atque ita nemini iniuriam facit qui iure ſuo vtitur *c. cum Eccleſia Vulterana, 31. de Electio. Rebuff. in praxi tit. de Non promot. intra annum nu. 37. Aufrer. ad Deciſ. Capellæ Tholoſ. 471. Bellamera deciſ. 178. Non promotus Oldrad. conſil. 203.* præterquam quòd talis permutans eſt intra tēpus ſibi à iure conceſſum, de quo in d. cap. Cōmiſſa. Notandū tamē, eum cū quo permutatur, 4. arctari intra alium annum promoueri, aliàs priuatum fore ipſo iure, *Rota deciſ. 108. Rebuff. d. tit. nu. 39.* quod limita primò, niſi velit, vt alter, intra annū permutare, ex dictis & not. Oldrad. *d. Cōſil. 203.* & annus iſte cōputatur à die adeptæ pacificæ poſſeſsionis, *Rebuff. d. Reg. 56. Cācell.* Limita ſecūdò, niſi eo morbi genere teneatur, vt ad fūctionē Sacerdotij aut ad res diuinas per ſe obeūdas minimè idoneus eſſe videatur: quippè tū nō tenetur durāte illo morbi genere ſacris Ordinibus ſe initiari facere, vt reſoluit S. Cōg. Interpretū Conc. Tridē. *ad cap. 3. ſeſſ. 7.* Aduerte 5. deniq; quod hodie in Curia nō admittitur indiſtinctè & abſolutè reſignatio ſeu etiā permutatio parochialiū & aliorū beneficiorū perſonalē reſidētiā requirētiū, præſertim cum penſione, niſi exprimatur à quo tempore reſignās

vel permutans illud poſſederit ſeu obtinuerit, & ſi eſt tempus breue reſignatio reijcitur, *Flam. Pariſ. de Reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 2. nu. 21.* Idemque eſſe in permutationibus beneficiorum cũ aliis non requirentibus ſimilem reſidentiam docet Nicol. Garcia *tract. de Benef. part. 11. cap. 4. nu. 46.* vbi ſcribit hunc Datariæ ſtylum incepiſſe à tempore Gregorij XIV. quo fuit datus iſte ordo, ideoque hodie requiritur quod illud poſſederit per quinque annos vel circiter aut ſaltẽ tres, quãuis antea requireretur ſeptem vel ſex anni. *Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 3. §. 1. nu. 44.*

Cap. XII. Svmmarivm.

An beneficia patrimonialia poßint permutari? & quid de titulo patrimonij.

PRæmitto, Patrimoniale beneficium dici non quòd à paterna hæreditate prouenit vt pote inſtitutum à patribus vel auis, vt conferatur filiis & aliis ſucceſſoribus in infinitũ, cùm eiuſmodi beneficium dicatur potius Iurispatronatus, ſed ſunt illa quæ Apoſtolica conceſsione, vel ſtatutis, vel Synodalibus Cõſtitutionibus Apoſtolica auctoritate confirmatis, vel ex immemoriali conſuetudine ſunt neceſſariò conferenda natis incolis vel originariis alicuius patriæ, Ciuitatis, oppidi vel parochiæ; ita vt illi qui filij naturales & patrimonia-

moniales ſint prouideri debeant de eiuſmodi beneficiis,& non alij forenſes, qui tales qualitates non habeant,qualia beneficia multa ſunt in Hiſpania, & de quibus agit doctiſſ. ille Couar. *in Pract.quæſtio. cap. 36. nu.3. verſ. Hoc ipſum fieri.* Pro ſolutione ergo huius quæſtionis Bullam Alexandri VI.producit Hierony.Gõzales *ad Reg.viij.Cancell.glo.9.§.1.nu. 29.* qua quidem cauetur,vt beneficia patrimonialia ſemper prouideantur dignioribus per concurſum; & nunquam à Sede Apoſtolica impetrentur, imò nec admittantur permutationes nec vllæ reſignationes de dictis beneficiis, nec etiam penſionum reſeruationes, atque ita decidit Rota in vna Iacē.Rectoriæ de Anſo 19.Octob. 1598.coram D.Decano in hunc modum: *Beneficia quæ debentur ex indulto Apoſtolico filiis patrimonialibus,non poſſunt permutari ad fauorem filiorum non patrimonialium.* At quid ſi pater & filius habeant eiuſmodi beneficia in eadem Eccleſia, an locus ſit decreto Concilij Triden. in cap.15. ſeſſ. 25.quo cauetur vt ſi pater & filius in eadē Eccleſia beneficia habere reperiātur,cogatur filius ſuū beneficiū reſignare vel permutare? & non eſſe locum decreto reſpondit S.Cong. Illuſtr. Card. ad d.cap.15.in hæc verba: Illegitimo N. habenti beneficium patrimoniale quod permutari non poteſt in Eccleſia,in qua idem pater habet,ſed ei nō inſeruit ob paralyſim, cōceſſū eſt,vt retineat,quia nō poteſt permutare. 1.

Cap. XIII. Summarium.

Promotus ad ſacros Ordines ſub titulo patrimonij, an admittatur eius tituli fungentis vice beneficij permutatio cum Eccleſiaſtico beneficio?

VErùm quid ſi quis ſub patrimonij ſui titulo fuerit ad ſacros promotus ordines, ad quod etiã iure nouiſsimo certis caſibus permittitur iuxta Cõciliũ Triden. *Seſſ. 21. Reform. 2.* nunquid admittetur eius tituli, fungẽtis vice beneficij permutatio cum Eccleſiaſtico beneficio? Mouet hãc quæſtionem Boetius Epo Anteceſſor iuris Duacenus *in Clem. vnica de Rer. permut. in verb. Si qua beneficia.* & reſoluit pro negatiua: cùm beneficia Eccleſiaſtica debeãt eſſe perpetua, nimirum abſolutè & per ſe, h.e. fundatione, ac etiam reſpectu ſingulorum poſſeſſorum duratione quadam ſtabili ad cuiuſque poſſeſſoris vſque vitam cuiuſmodi qualitas deeſt titulo patrimonij: imò cùm quid ſit merè temporale illud commutare eſſet mera ſimonia, vt latiùs infrà tractabo *part. III. cap. VI.* quod ſi non permutet ſed alienat aut retrocedat, quamuis peccet, non tamen incurrit ſuſpenſionem, nec eſt ordinatus ſine titulo, *Nicol. Garcia tract. de Beneficiis part. 2. cap. 5. nu. 175.*

Cap.

CAP. XIIII. SVMMARIVM.

Vtrum Iuſpatronatus cum quacumque re permutari poſſit?

ROchus de Curte *in tract. de Iurepatron. in verb. Ipſe velis quæſtio. 15.* concludit quòd non: cùm tantum permutari poſsit cum alio iure ſpirituali, *per not. Hoſtien. in ſumma tit. de Iurepatron. §. qualiter transferatur verſ. Res permutata.* Ratio eſt, quòd ſi permutaretur cum re temporali, ſimonia committeretur, *iuxta not. in cap. Ad quæſtiones de Rer. permut.* excideretque talis permutans à iure patronatus ceù ſimoniacus, *Paulus de Cittadinis tract. de Iurepatron. part. 7. quæſt. 5.* & ratio rationis eſt, quod Iuſpatronatus eſt quid ſpirituali annexum, quod in contractum cum re profana non cadit, *cap. nemini 16. quæſt. 7. cap. Iure cap. querelam de Simonia. Concil. Triden. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 9. verſ. Nec dictum ius patronatus.* niſi cùm vniuerſitate bonorum, cum qua in emptorem tranſit ius patronatus, *cap. ex litteris. cap. Cùm ſæculum de iure patronatus*, vbi doctè Rochus *vbi ſupra quæſt. 22. Couar. 1. Var. cap. 13. nu. 3. & 4. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 90.* non tamen incurret talis permutans excommunicationem Extrauag. 2. de Simonia inter communes, quæ dũtaxat habet locũ in Simonia in beneficio & ordine, nõ etiã cõmiſſa ſuper aliis rebus ſpiritualibus vel eis annexis, *Nauar. conſil. 66. nu. 2. de Simonia.*

Cap. XV. svmmarivm.

An diſpenſatus vt intra certum tempus vnum dimittat, poſſit illud dimittendum cum alio permutare? & quid in diſpenſato ad duo incompatibilia?

PRo negatiua ſcribit Rebuffus *in praxi tit. de Diſpenſat. ratione ætatis, in verbo Quoad vixeris nu. 8.* Nam alioqui, inquit, illud non cenſeretur dimiſiſſe, nec videretur diſpenſatus ad illud, quod compermutatum haberet, etiamſi eſſet ſimplex: ideoque realiter & cum effectu dimittere tenetur; *Rota deciſ. 329. Tu obtines in No. & deciſ. 581. Papa reſeruauit in Antiq. & deciſ. 3. de Rerum permut.* Sic Diſpenſatus verbi gratia ad obtinendam Eccleſiam S. Seuerini vnà cum Eccleſia S. Pauli, ſi dimittat Eccleſiam S. Pauli, non poterit retinere cum alia Eccleſiam S. Seuerini: quia diſpenſatus eſt tantum vt Eccleſiam S. Seuerini retinere valeat cum Eccleſia S. Pauli, non verò cum alia: & proinde ſi quis permutet Eccleſiam S. Pauli cum Eccleſia S. Euſtachij, Eccleſiam S. Seuerini non poterit cum Eccleſia S. Euſtachij tenere, *per not. DD. in cap. Non poteſt, de Prabend. in 6. Rebuff. d. tit. nu. 5. in verbo Defectu prædicto.* Imò eſſet priuatus vtroque per Extrauag. Execrabilis de Præbēd. nec prodeſſet dicta diſpenſatio poſtquam eſt impleta conditio *cap. ſuper eo & cap. verum, de Condit. appoſ.* & ita ſeruat Stylus Curiæ Romanæ

næ qui pro lege habetur teſte Creſcentio, *Deciſ.1.de Rebus Eccleſ.non alien.nu.6.* præſertim cùm hodie ſoleat apponi in gratia facta de beneficio habenti aliud incompatibile ſeu ius ad illud, clauſula ſeu decretum ſequens, *quod ipſe Orator infra duos menſes à die habitæ poſſeſſionis ſecundi, ſeu qua per eum ſteterit quo minus illam aſſequatur, primum dimittere ſeu iuri competenti cedere in manus Romani Pontificis omnino teneatur, alioqui ambo vacent eo ipſo, ita vt de illis per Sedem Apoſtolicam duntaxat diſponi poſſit, ac irritum, &c.* Per quã clauſulam, prouiſus, ſiue ante, ſiue poſt habitam poſſeſſionem ſecundi, non poterit reſignare coram Papa conditionaliter ſeu ex cauſſa permutationis non facta mentione dicti Decreti, ex Conſtit. Clementis VIII. aliàs reſignatio eſſet ſubreptitia & nulla à principio, *vt in deciſ.13.in fi. de Rer.permut. Farin. conſil.75. nu.1. & 17.* & non facta aliàs dimiſsione, iuxta formam decreti lapſo bimeſtri vtrumque vacaret ex dicto decreto. Nec etiam poterit coram Ordinario reſignare ſimpliciter vel ex cauſſa reſignationis, aliàs lapſo dicto termino vacabit vtrumque ad diſpoſitionem ſolius Papæ ex dicto decreto cui non paruit: & quamuis interim valuiſſet reſignatio ſeu permutatio facta coram Ordinario, tamen habita poſſeſſione ſecundi & adueniente tempore dimittendi, irrita cenſebitur ex dicto decreto maximè irritante: moriente tamen illo ſeu matrimo-

trimonium contrahente, &c. ante aduentum dicti temporis non intrabit decretum in beneficiis ſic vacantibus, nec erunt reſeruata, &c. ex quo vacarunt alias ante aduentum temporis & conditionis. Nec irrita cenſebitur dicta reſignatio, ſeu permutatio, *Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 55. nu. 55.* & ſequen. vbi inſerit bullam S.D.N. Pauli V. declarationis prædictæ reſeruationis, quam extendit ad vacatura ante aſſecutioné reſignata ſeu dimiſſa, de data 1609. Februarij 25. Aduerte interim quòd diſpenſati ad duo incompatibilia ſoleant petere prorogationem diſpenſationis ad vitam, & hoc ſolet Papa quandoque litteratis & nobilibus concedere; qua de re ſcripſi ad Reg. Cancell. Innocẽtij VIII. de Incompatibilibus. 51. Quòd ſi vnũ de duobus beneficiis curatis permutet cũ ſimplici, poterit illud retinere cum ſuo Curato, ex diſpenſatione Epiſcopi, ſaltẽ qui circa talia valet diſpenſare, *cap. Dudum 2. de Electio.* Si verò ſint beneficia quæ purè iure communi teneri poterant, clarum eſt omnia ſimul, vel vnum cũ alio poſſe permutare, *Io. Nicol. in Enchrid. tit. de Permut. benef. cap. 6. nu. 17.*

Capitis XVI. Svmmarivm.

Poſſeſſor duorum Incompatibilium vigore permutationis, an ipſo iure alterutro priuatus exiſtat.

Haud

HAud inelegãs hoc loco exſurgit quæſtio, quam non ita diu in facto vidi. Titius Paſtor Eccleſiæ Parochialis, vigore cuiuſdam permutationis initæ cum Sempronio obtinet Canonicatum & præbendam in Eccleſia Collegiata S. Saluatoris, ſimulq́ue diſpenſationem vt vna cum dictis Canonicatu & præbẽda poſſit quoad ipſe vixerit beneficiũ ſimplex in dicta Eccleſia, item vt non obſtante aſſecutione dictæ Præbendæ, Eccleſiam illam parochial, (ad cuius reſidentiam eiuſque ſolita munia exequenda ex actu diſpenſationis tenebatur) retinere illi liceret. Dubitabatur an quia Titius paulò poſt dictam permutationem & diſpenſationem Pontificiam in dicta Eccleſia Collegiata comperiebatur reſidere & non in parochiali, videretur ex decreto Concilij Trid. ipſo iure priuatus vtroque? Sacra Congregatio Concilij Trid. deſuper conſulta reſpondit quãuis Titius apud parochialem Eccleſiã reſidere teneatur, nõ eo tamẽ ipſo iure priuatũ eſſe, quia nõ reſideat, ſed iuris remedijs etiã priuationis eſſe ad reſidẽtiã adſtringẽdũ. Quę Sacri Cõcilij Trid. definitio non paucis Rotæ deciſionibus cõfirmata cõperitur, & notãter *deciſ. 483. & ſeq. parte 1. diuerſorũ, vide Staphileũ de litter. gratiæ de qualit. & Stat. benef. §. Incompatibilitatis ratio.* Ratio ſumitur ex dictis Nicol. Garciæ *tract. de Benef. part. 3. cap. 2. nu. 186.* vbi ſcribit obtinentem ſeu habentem ex diſpenſatione duo beneficia reſidentiam requirẽtia, debere reſidere

in eo quod maiorem neceſsitatem ſeu cauſſam reſidendi habet; ſi verò æqualem habent, poteſt in quo maluerit reſidere, vt probat diuerſis S. Congreg. Card. Concilij declarationibus. In dignitatibus verò, poſsidens plures ex diſpenſatione, debet reſidere in digniori, aut in qua maluerit ſi ſint dignitate pares, vt idem ſcribit *nu. 185.* Obtinentes verò ex diſpenſatione Parochialem & præbendam reſidentes in Parochiali percipiunt fructus Canonicatus exceptis duntaxat diſtributionibus quotidianis, vt in Conſtit. 68. vel 64. Pij V. & idem dicendum in duobus Canonicatibus aut dignitatibus: & hæc intellige quando diſpenſatio eſt perpetua & non ad tempus, *Nicol. Garcia de Benef. d. part. 3. cap. 2. nu. 343.* Si tamen Canonicatus eſt in eodem loco vbi eſt Eccleſia parochialis, poterit vtrique inſeruire, & percipere quotidianas diſtributiones, & commoda quæ ſunt illi muneri attributa: ſi verò inſeruire nequeat, diſtributiones tantum eorum dierum quibus non ineſt amittit ex reſolutione S. Cóg. Interpretum Concilij Triden. ad cap. 1. ſeſſ. 23.

Cap. XVII. Svmmarivm.

1. *Plura beneficia cum vno, & è contrario, an permutari valeant.*
2. *Quid in beneficiis curatis?*
3. *Si euincatur vnum de pluribus beneficiis permutatis*

mutatis, locus erit recurſui.

NOn rarenter accidit vt qui plura beneficia habet, cum vno permutare velit, & è contrario: quæſitum eſt an poſſit? Diſtinctione hæc quæſtio terminanda. Aut permutans obtinet plura beneficia compatibilia; aut incompatibilia cum Pontificis diſpenſatione: priore articulo, certum eſt ſubſiſtere permutationem, per ea quæ tradit Abbas & And. Gammarus *ad cap. licet nu. 73. de Rer. permut. in 6. Io. And. in cap. Cùm venerabilis, verbo Eccleſiis, de Exceſſ. prælat.* Altero verò articulo, corruit permutatio: quia diſpenſatio perſonalis eſt, nec egreditur perſonam diſpenſati, *cap. Priuilegium de reg. Iur. cap. ſanè de Priuileg. Collectarius ad cap. quæſitum nu. 15. in fi. de Rer. permut. quod & oſtendimus antè.* Sed finge, habentem duo beneficia curata cum diſpenſatione, velle permutare aut cum alio ſimplici, aut cum alio curato, an poſſit? Priori caſu poteſt: ſaltem cum diſpenſatione Epiſcopi, *Geminianus in cap. licet. nu. 8. de Rer. permut.* neque enim reperitur hoc prohibitum, ergo permiſſum *l. cùm prater ff. de Iudic. Rebuff. in praxi tit. de permut. nu. 40.* Secundo caſu, non æquè: quippè quòd cenſetur noua prouiſio teſte Collectario *ad d. cap. quæſitum nu. 16. Geminia. ad d. cap. licet. nu. 8. ibi quia non eſt verum.* niſi tamen in hac noua prouiſione diceretur quod iſtud vltimum poſſit cum priori retinere, atque ita fuerit cum illo quoad ſecundum 1

2

à Papa diſpenſatum *Rebuff. d. tit. de Permut. nu. 41.* aut niſi prior diſpenſatio extendatur etiam ad alia curata, vt quia ſimpliciter dictum fuerit quòd poſsit duo curata retinere, atque illa vel illorum alterum dimittere, & loco dimiſsi aliud ſimile acceptare: tum enim poterit eiuſmodi permutatio expediri coram Ordinario, quod ſcriptum reliquit idem Geminia *d. nu. 8. in extremo.* At quid ſi euincatur vnū de beneficiis permutatis, quid iuris? poterit læſus petere & habere regreſsū ad ſuū beneficium auctoritate tamen Superioris, vt poſtea *parte 3. cap. 9.* commodiùs dicemus.

Cap. XVIII. Svmmarivm.

1. *Num penſio cum beneficio Eccleſiaſtico commutari poſsit?*
2. *Simplex non poteſt, titulata poteſt.*
3. *Simplex penſio nec titulata laico etiam aſsignari poteſt.*
4. *Permutans penſionem ſimplicem cum beneficio Eccleſiaſtico ſimoniam committit, Limita vt nu. 5.*
6. *Penſio emi vel redimi non poteſt ſine Pontificia auctoritate.*
7. *Penſio licet quid ſit temporale, eſt tamen ſpirituali annexum.*
8. *Permutatio ſimoniaca tenet in praiudiciū permutātis etiāſi adſit clauſula,* Non aliter, aliàs.
8. *Beneficia ſimoniacorum vacant ipſo iure.*

Penſio-

PEnſionum vſus quàm frequenter in hoc beneficiorum campo occurrat, nemo non neſcit: ſed an iſtæ pēſiones cum beneficiis Eccleſiaſticis permutari queant, non ita trita eſt quæſtio. Placet Hieronymi Gigantis *tract. de penſio. quæſt. 33.* & poſt eum Flam. Pariſij *tract. de Reſig. benef. quæſt. 16.* ſententia, exiſtimantium licitam eſſe permutationem, ſi penſio ſit aſsignata Clerico in titulum beneficij. Verbi cauſa 1. ſi Papa ſuper reditibus vnius Eccleſiæ conſtituat certam penſionem in fauorem Titij, hic 2. enim eiuſmodi penſionem permutare poterit cum beneficio Eccleſiaſtico, quia talis penſio eſt inſtar beneficij Eccleſiaſtici, *vt habetur in cap. Congruente de Cler. nō reſiden. per DD. in Clem. 1. de ſupplen. neglig. prælat.* quam ſententiam probat ſequiturque poſt Collectarium *in cap. quæſitum nu. 19. de Rer. permut.* Cardin. *in Clem. vnica de preben. quæſt. 12.* Io. And. & alij *in cap. vnico de Rer. permut.* Si verò penſio non ſit titulata, ſed ſimplex, quæ nimirum communiter pendi ſolet reſignanti, tum penſionarius permutare nequit; cùm ſit quid temporale habens duntaxat quid ſpiritualitatis annexum dependenter, aut conſequenter, *Nauar. in Manuali cap. 23. nu. 111.* & ideo poteſt etiam in merè laicum cadere, *vt voluit Feli. in cap. Ad audientiam. 2. de Reſcript. nu. 5. & Gigas d. tract. quæſt. 30. nu. 5. Caccialup. de Penſio. quæſt. 12. nu. 2. & quæſt. 14.* 3.

Què

Quò fit vt non modò irrita ſit eiuſmodi permutatio, verumetiam ſimoniæ labe aſpergantur
4. ſic permutantes, eò quia temporale cum ſpirituali commutent, *cap. Cùm eſſent cap. Querelam de ſimonia*. Vnde nec à S. Pontifice expediri poteſt talis contractus per modum permutationis, *Redoanus tract. de Simonia part. 3. cap. 11. nu. 12.* licet alio modo poſsit, vtputa in ſubſidium
5. ſuſtentationis eius qui beneficium dimittit: nam tunc non tanquam pretium beneficij erit penſio, ſed tanquam alimentum quod ipſe cōfert ſua poteſtate, *ita docet Fran. Suarez tract. de Virtute & ſtat. Relig. cap. 33. nu. 9 & 10. quem vide latius ſuper hac re diſputantem.* Sed an
6. eiuſmodi penſio ſine Pontificis auctoritate poſtea redimi poſsit? Negat Nauarrus: etiamſi ita conſtituta ſit vt è fructibus beneficij percipiatur, *Nauar. lib. 5. cōſil. tit. de ſimonia. cōſil. 59. nu. 1. & conſil. 11. de Reb. Eccleſ. non alien.* Hacque ducitur ratione: quod licet penſio ſit res temporalis, eſt tamen annexa rei ſpirituali, videlicet bene-
7. ficio, atque ita ſentit Rota, *in vna Britorien. coram Gypſio die 12. Decemb. anno 1588.* & proinde vendi non poteſt ſine permiſsione & diſpenſatione Pontificia: *Nauar. d. conſ. 11. nu. 2. & in Manuali d. cap. 23. nu. 111.* tametſi transferri poſſit, ſi facultatem illam transferendi penſionarius à Pontifice acceperit, etiam ſine licentia eiuſdem, modo pecunia non interueniat, licet contrarium voluerit Gigas & alij quos addu-

cit

cit Flam. Pariſ. *d. tract. lib.6.quaſt.4.nu.52. cum ſeq.* ſed parum conſideratè & cautè vt aſſerit Nauarrus *conſil. 61.nu. 3. de ſimonia. lib. 5.* Vnde concludo, penſionem ſimplicem cum beneficio Eccleſiaſtico permutari non poſſe, talemque permutationem ceù ſimoniacam non ſubſiſtere, niſi in præiudicium renuntiantis, etiãſi adiecta ſit clauſula, *Non aliàs, aliter nec alio modo,* quia is renuntians non eſt vſus conceſsione iuris, *Clem. vna de Rer. permut.* ideò non poterit redire ad ſuum beneficium quod ex ſuo delicto amiſit, alioquin delictum non puniretur, *Pariſ. conſil.135.* præterquam quod beneficia ſimoniacorum ipſo iure vacent, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione quæ fieri poterit poſt impetrationem. *c. cùm ſecundum leges. de heret.in 6. clem.2. de ſimonia.* 8.

CAP. XIX. SVMMARIVM.

1. *Pactiones ſuper beneficiis illicita ſunt & ſimoniaca.*
2. *Beneficium debitis grauatum permutari poſſe hac lege, vt debita ſequantur recipientem, vt intelligatur.*
3. *Conditiones quæ tacitè inſunt in pactum deduci poſſunt.*
3. *An licitè permutetur beneficium hac lege quòd expenſa litis per recipientem refundantur.*
5. *Quid in expenſis bullarum?*

K Non

Quò fit vt non modò irrita ſit eiuſmodi permutatio, verumetiam ſimoniæ labe aſpergan-
4. tur ſic permutantes, eò quia temporale cum ſpirituali commutent, *cap. Cùm eſſent cap. Querelam de ſimonia.* Vnde nec à S. Pontifice expediri poteſt talis contractus per modum permutationis, *Redoanus tract. de Simonia part. 3. cap. 11. nu. 12.* licet alio modo poſsit, vtputa in ſubſidium
5. ſuſtentationis eius qui beneficium dimittit: nam tunc non tanquam pretium beneficij erit penſio, ſed tanquam alimentum quod ipſe cōfert ſua poteſtate, *ita docet Fran. Suarez tract. de Virtute & ſtat. Relig. cap. 33. nu. 9 & 10. quem vide latius ſuper hac re diſputantem.* Sed an
6. eiuſmodi penſio ſine Pontificis auctoritate poſtea redimi poſsit? Negat Nauarrus, etiamſi ita conſtituta ſit vt è fructibus beneficij percipiatur, *Nauar. lib. 5. cōſil. tit. de ſimonia. cōſil. 59. nu. 1. & conſil. 11. de Reb. Eccleſ. non alien.* Hacque ducitur ratione: quod licet penſio ſit res temporalis, eſt tamen annexa rei ſpirituali, videlicet bene-
7. ficio, atque ita ſentit Rota, *in vna, Britorien. coram Gypſio die 12. Decemb. anno 1588.* & proinde vendi non poteſt ſine permiſsione & diſpenſatione Pontificia: *Nauar. d. conſ. 11. nu. 2. & in Manuali d. cap. 23. nu. 111.* tametſi transferri poſſit, ſi facultatem illam transferendi penſionarius à Pontifice acceperit, etiam ſine licentia eiuſdem, modo pecunia non interueniat, licet contrarium voluerit Gigas & alij quos addu-

cit Flam. Pariſ. *d. tract. lib.6.quaſt.4.nu.52. cum ſeq.* ſed parum conſideratè & cautè vt aſſerit Nauarrus *conſil. 61. nu. 3. de ſimonia. lib. 5.* Vnde concludo, penſionem ſimplicem cum beneficio Eccleſiaſtico permutari non poſſe, talemque permutationem ceù ſimoniacam non ſubſiſtere, niſi in præiudicium renuntiantis, etiãſi adiecta ſit clauſula, *Non aliàs, aliter nec alio modo*, quia is renuntians non eſt vſus conceſsione iuris, *Clem. vna de Rer. permut.* ideò non poterit redire ad ſuum beneficium quod ex ſuo delicto amiſit, alioquin delictum non puniretur, *Pariſ. conſil. 135.* præterquam quod beneficia ſimoniacorum ipſo iure vacent, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione quæ fieri poterit poſt impetrationem. *c. cùm ſecundum leges. de hæret. in 6. clem. 2. de ſimonia.* 8.

CAP. XIX. SVMMARIVM.

1. *Pactiones ſuper beneficiis illicitæ ſunt & ſimoniacæ.*
2. *Beneficium debitis grauatum permutari poſſe hac lege, vt debita ſequantur recipientem, vt intelligatur.*
3. *Conditiones quæ tacitè inſunt in pactum deduci poſſunt.*
3. *An licitè permutetur beneficium hac lege quòd expenſæ litis per recipientem refundantur.*
5. *Quid in expenſis bullarum?*

K Non

NOn omittenda quæſtio quæ non rarò vſuvenire poteſt. Titius beneficij poſſeſſor ære alieno oppreſſus, cum Meuio beneficium commutare intendit hac lege, vt idem Meuius vltra & præter ſuum beneficium debita exoluat. Quæritur an ſubſiſtat talis permutatio?
1. Dubitationem mouet quod omnis renuntiatio beneficij fieri debet citra vllam legem & conuentionem, alioqui ſit ſimoniaca, *cap. vlt. de pact. cap. Quam pio. 1. quæſt. 2. Io. And. in addit. ad ſpecul. tit. de Rer. permut. Nauar. conſil. 30. de ſimonia. Redoanus tract. de ſimonia. part. 2. c. 22. & ita decidit Rota indeciſ. Bracharẽ. Prioratus 30 Octob. 1596. corã Pegna, Mohedã. in deciſ. 1. in fin. de ſimonia.* At
2. qui in hac propoſitione intercesſit pactũ, ergo &c. Pro ſolutione diſtinguendũ eſt, quod aut ęs alienũ cõtractũ eſt à beneficiario Eccleſiæ cui præeſt cõtẽplatione, fuitque in vſum Eccleſiæ conuerſum, & tunc dubium non eſt quin licitum fuerit pactum conuentum, *Collectarius cap. Exhibita nu. 7. de Rer. permut. P. And. Gammar. ad cap. licet, nu. 151. de Rer. permut. in 6.* cùm etiam ſine eius expresſione eiuſmodi æs alienum incumbat poſſeſſori beneficij cuius nomine contractum eſt. *Fa. cap. 1. de ſolut. atque ita decidit Rota deciſ. 37. in vltimis.* Cùm itaque con-
3. ditiones quæ tacitè inſunt in ſpiritualibus in pactum deduci posſint. *cap. ſignificatum de*

preben.

præben. cap. Significaſti. de Electio. And. Gammar. ad d. cap. licet. nu. 152. nõn mirum eſt ſi eiuſmodi pactum ſubſiſtat citra vllam ſimoniæ labem. Nec obſtat quod ſuprà dixi, renuntiationem beneficij puram eſſe debere, & ſine vllo præambulo pacto: quia præſuppono ante renuntiationem ſeu permutationem, & eius pacta præambula interueniſſe, vt planè debet, Ordinarij vel Superioris beneplacitum, & ſic in caſu præmiſſo licita fuit permutatio, *Gomeſ. ad Reg. de Triennali quæſt. 12. verſ. quid dicendum. Nauar. conſ. 43. nu. 7. in fi. de ſimonia, Redoanus tract. de ſimonia. part. 3. cap. 12. nu. 5.* Aut verò æs alienum eſt contractum per beneficiarium ſuo, non etiam Eccleſiæ nomine, quod etiam in rem ſuam conuertit, & tunc vitioſum eſt pactum, vitioſa permutatio, *per extrauag. 2. de ſimonia.* Idem dic de impenſis quas quis fecit de ſuo in beneficio, *teſte Azorio lib. 7. Inſtit. moral. part. 2. cap. 29. verſ. 31. quæritur.* Sed quid ſi alter permutantium dicat alteri; commutabo meum beneficium 4.
tuo, ſi impenſas quas in litem expendi ratione beneficij rependas? ſi impenſæ ſint cauſa impulſiua permutationis, crediderim vitioſam fore, imò ſimoniacam permutationem per ea quæ in ſimili tradit D. Nauarrus *conſil. 7. & 14. de ſimonia.* Idem etiam reſpondetur de

5. expenſis bullarum. *Nauar. conſil. 30. de ſimonia.* Cauſa autem impulſiua eſt illa ſine qua actus non fieret, vt alibi Nauar. reſpondit.

CAP. XX. SVMMARIVM.

1. *Optionis definitio.*
2. *Optio locum non habet in beneficiis reſeruatis.*
3. *Id verùm, modò ad inſtantiam partis facta ſit reſeruatio, & quidem de beneficio certo. 4.*
5. *Optio in beneficiis permutatis locum non habet.*
6. *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
7. *Optio habet locum in beneficiis permutatis, modò conſuetudo optandi ab omni hominum memoria obtinuerit, nedum in vacatione ſimplici, ſed etiã ex cauſa permutationis.*
8. *Optio locum habet in beneficiis permutatis ob vtilitatem Eccleſiæ.*
9. *Antiquior Canonicus quis dicatur in iure optandi.*

QVædam ſunt beneficia quæ cadunt ſub conſuetudine optandi de qua *in cap. fin. de conſuet. in 6.* cuius etiam eſt creberrimus vſus in multis Italiæ, Germaniæ, & Galliæ Ciuitatibus, vt Lugduni in Eccleſia S. Ioannis, & alibi, an eiuſmodi beneficia permutari poſſint, dubitatur: quam quæſtionem priuſquam enodemus, lubet cum Alexandro Moneta *tract. de optione cap. 1. nu. 12.* definire, Optionem, vt ſit ius
1. quod-

quoddam Capitulo ſeu Collegiali alicui Eccleſiæ ex conſuetudine vel etiam ſtatuto competens vt antiquiores gradatim vacãtem præbendam,quæ tamen reſeruata non ſit, propria dimiſſa,intra certum tempus eligere poſsint. Dicitur notanter quæ reſeruata non ſit: nam in beneficiis quomodocunque reſeruatis conſuetudo optandi locum non habet, teſte Flam. 2.
Pariſio *tract.de Reſig. benef. lib. 3. quæſt. 20. nu. 3. Moneta d.tract.cap.3.Gigante tract.de penſio.Eccleſ. quæſt. 63. nu. 9.* quod tamen intellectum habet vbi reſeruatio ſpecialis fit ad inſtantiam partis *Caßiod.deciſ.4. nu.7. de conceſſ. præbend.* Item vbi ſpecialis reſeruatio fit de beneficio certo, non 3.
etiam de incerto, vtputa quod quis duxerit acceptandum vt poſt Geminia. *conſ. 104.* probare videtur Rota *deciſ. 5.in no.* Nunc quid ſuper 4.
quæſtione propoſita dicendum videamus: & quidem Io. And. *in cap.fin. de conſuet. in 6.* Collectarius *ad cap. exhibita nu. 2. de Rer. permut.* & plerique alij vet. Canoniſtæ affirmatiuam ſuſtinuerunt. At malè, nec ſatis validis vt reor argumentis. Vt meritò exploſa hac ſententia recepta ſit negantium opinio, dicentium optionem in beneficiis permutatis locum non 5.
habere, *P. de Vbaldis tract. de Permut. benef. in fi. verſ. Concludendum ergo. Coraſinus tract. de benef. cap.9.nu.9.& alij quos affert idem Alex. Moneta d. tract.cap.3.nu.94. quibus adde Card. Tuſchum tom. 6.pract.concluſ.concluſ.305.nu.10.item R.P. Azorium*

part. 2. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 30. verſ. ſeptimo quæritur, qui quoque non paucos in eandem ſententiam adducit, probaturque hæc opinio ex Clem. vnica de Rer. permut. vbi ſtatuitur, *Ne conceſſione iuris vtentibus præſertim circa ſpiritualia illudatur, Si qua beneficia ex cauſa permutationis ab aliquibus reſignata aliis quàm ipſis permutare volentibus conferantur, nullius hoc eſſe volumus firmitatis.* Ecce, irritat Pontifex collationes vel prouiſiones beneficiorum cauſa permutationis vacantium aliis quàm ipſis permutantibus factas: cui Pontificiæ conſtitutioni conformis eſt diſpoſitio Concilij Viennen. teſte Fred. de Senis *tract. de Rer. permut. quæſt. 28.* vetantis beneficia ex cauſa permutationis vacantia non aliis conferri, quàm iis ipſis qui ex dicta cauſa permutarunt. Hîc autem beneficium alij quàm permutanti conferretur, ſi in permutatis beneficiis & præbendis locum haberet optio. Adde: ſi verum eſt quod actus agentium nō debeant operari vltra illorum intentionem, *l. non omnis, Si cert. pet.* via non debet per optionē aperiri per quam permutās non acciperet Præbendam quam ille alter ideò reſignauit vt ipſe haberet nec aliter reſignaſſet, vt dicitur *in cap. licet ibi, quæ aliàs minimè reſignaſſent de Rer. permut. in 6.* Prior tamen opinio poſſet ſuſtineri, ſi conſuetudo ipſa optādi iam ab antiquo obtinuiſſet in omni vacatione, nedum ſimplici ſed etiam in vacatione ex cauſa permutationis, niſi

niſi tamen expreſsè Papa vel Legatus clauſulā derogatoriam ſtatutorum & conſuetudinum Eccleſiæ de optando in prouiſione inſeruiſſet, *vt optimè tradit Nicol. Delphin. in tract. de iure Patron. nu. 158. Moneta d. locc.* Limita, non procedere in permutatione facta ob vtilitatem permutantium: quia tunc locum haberet optio, vtpote quòd permutatio eſſet ambitioſa & ſic reſtringenda: aliter atque ſi permutatio fieret propter vtilitatẽ Eccleſiarum, quod tamen rarò fit temporibus hodiernis, nam tunc Eccleſię contemplatione intrabit optio: hanc diſtinctionem poſt Frãcum *in d. cap. fin.* probat & ſequitur Gigas, *d. tract. quæſt. 63. nu. 14.* Porrò, quod in definitione diximus antiquiori competere ius hoc optandi, cape antiquiorẽ nõ ab ætate, ſed ex Canonicatus diuturniore poſſeſsione. Nã prioritas tituli & poſſeſsionis prioritatem quoque in hoc iure optandi conſtituit vt rectè reſpondit eruditiſſ. Anteceſſor Louanienſis VVameſius *conſil. 13. de Conſuet. nu. 2.*

(margin: 8. 9.)

CAP. XXI. SVMMARIVM.

1. *Quibus de cauſis permutationi Epiſcopus auctoritatem præſtare debeat?*
2. *In permutatione requiritur euidens Eccleſiæ vtilitas vel neceſsitas.*
3. *An intuitu & fauore perſonarum expediri poſſint permutationes ab Ordinariis.*
4. *Peccant qui aliã quam pietatis cauſſam ſua be-*

neficia commutant.

SAtis opinor dictum de beneficiis quæ cadunt in contractum permutationis: nunc tractandum eſt de cauſa, deque modo permu-
1. tationis. De illa primùm: quæ igitur cauſa erit ſufficiens permutationi? & quidem tralatitia eſt omnium ſententia requiri euidentem Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſsitatem. *cap. Quæſitum de Rer. permut. ibique Abbas teſtatur de communi cap. mutationes 7. quæſt. 1. P. de Vbaldis tract. de Permut. benef. nu. 54. verſ. nunc videamus Boer. deciſ. 205. nu. 7.* quas Epiſcopus diſquirere & examinare debet, teſte Anchor. *conſil. 279.* Crauetta *conſil. 82. nu. 82.* Rebuffo *in praxi tit. de Permut. nu. 19.* Sed an contemplatione & fauore perſonarum expedire poſsit Ordinarius permutationes? non videtur: cùm permutatio diſpenſationem requirat quæ fit propter Eccleſiæ vtilitatem, *Collect. cap. ad quæſtiones nu. 10. de Rer. permut.* Tu diſtingue cum D. AEgidio
2. *part. 6. q. 1.* vt ſi permutatio fiat reſpectu beneficiariorum, ita tamen vt ipſorum commodum in bonum quoque Eccleſiarum redundet, verbi gratia, ſi clericus tuto in loco nequeat commorari propter aſsiduas vel capitales inimicitias, *Hoſtien. in cap. ad ſupplicationem in pr. ibi glo. in verbo morari per illum textum de Renuntiat.* vel aëris intemperiem, vel non poſſit ſuo fungi munere ob idiomatis imperitiam, vel quia alter permutantium eſſet Eccle-

ſiæ

ſiæ vtilior, vel ſimilem ob cauſam, tum poſsit Ordinarius auctoritatem præſtare permutantibus, cùm non noceat Eccleſiis, & proſit perſonis; Si verò nullam habeat permutatio admixtam Eccleſiæ vtilitatem vel neceſsitatem, quod difficile eſt reperire propter palliationes & techinas quas Ordinariis obtendunt contrahentes, tum vult, & cum eo Hoſtienſis & Io.And. Epiſcopum non poſſe aut debere eiuſmodi permutationes expedire, nec ab illis diſsidet Azorius *part. 2. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 30. verſ. Quarto quæritur. & D. Thomas in 4. diſt. 25. q. 3. art. 3.* vbi ait quod permutatio debet fieri pro cauſſa ſpirituali, puta vt melius Deo ſeruiatur, ſeu vt tali loco poſsit quis melius Deo ſeruire; aliàs ſi pro aliquo humano commodo vtriuſque vel alterius fiat permutatio, eſt ſimoniaca: quod & probat & ſequitur Silueſt. *verbo Permutatio 2. nu. 3. &* Io. Baptiſt. Corrad. *in Reſpon. Caſuum conſcien. quæſt. 42.* Vgolinus *de Simonia tab. 1. cap. 27. §. 1. nu. 6.* qui ait quod ſimonia committitur, vel certè peccatur vbi ob nó neceſsitatem vtilitatémve Eccleſiæ, nec idcirco vt melius Deo inſeruiat, permutatio fit, ſed ob terrenum aliquod commodum nullo habito reſpectu ad diuinum cultum, *Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 4. nu. 45.* Sunt tamen qui velint Ordinàrios non poſſe hodie recipere permutationes nequidem ex ea cauſa quæ vergit in vtilitatem Eccleſiæ, propter conſtitutio-

tutionem Pij V. 42. quorum opinio iuréne fũdata ſit, ſuprà oſtendi *in prima parte cap. 2. nu. 4.*

Cap. XXII. svmmarivm.

1. *Pacta & conditiones an & quando interuenire poſsint in permutationibus.*
2. *Renuntiatio beneficij ad fauorem tertij non valet coram Ordinario.*
3. *Permutatio beneficiorum pura & libera eſſe debet, alioqui ſit ſimoniaca, & nu. 4.*
5. *An liceat alteri permutantium reſilire parte altera inuita à ſtipulatione vel iureiurando de permutandis beneficiis.*
6. *Pactum ſi ſit gratuitum, vel alioqui de per ſe ineſſet actui renuntiationis, vel ſi ante executionem pacti, & concluſionem permutationis beneplacitum Papæ præceſſerit, illa ſubſiſtet.*
7. *Permutans beneficiũ debitis grauatũ poteſt paciſci cum alio permutante de ſoluendis eiuſmodi debitis.*
8. *Nõ licet paciſci cũ reſignatario vel cõpermutãte vt expenſas quas fecit in beneficio litigioſo põſsit eas repetere ſi beneficium reſignet vel permutet.*
9. *An ſubſiſtat permutatio cum pacto præambulo, ſi ante concluſionem permutationis impetrarint beneplacitum Papæ?*
10. *Papæ auctoritas tollit omne vitium ſimoniæ.*
11. *Papæ beneplaciti reſeruatio non excuſat exequẽtes conuenta, antequam illud impetrent.*

Solet

SOlet quæri, an pactum vel conditio aliqua poſsit citra vitium ſimoniæ in actu permutationis exprimi? Diſtinguo, aut renuntiatio facta eſt in manus Papæ, aut Ordinarij; priori caſu poſſunt renuntiantes priùs paciſci & conuenire ſuper certis conditionibus vt reſeruatione pēſionis, &c. quia Papę auctoritas qui habet pleniſsimam poteſtatem in beneficialibus tollit omne vitium ſimoniæ, *Gigas de penſio. q. 4. Caccialupus eod. tract. q. 18. Redoanus tract. de ſimonia part. 1. cap. 25. nu. 17. latè Flam. Pariſius tract. de Confidentiis quæſt. 40.* Poſteriori, certum eſt renuntiationem ad fauorem tertij cum conditione non ſubſiſtere: cùm permutationes beneficiorum non expediantur, niſi purè & liberè, non etiam ſub conditione, aut modo, *tex. in c. fin. de pact. c. quæſitum de Rer. permut. in cap. quàm pio. 1. quæſt. 2. c. Cum pridem de pact. Fred. de Senis tract. de permut. benef. nu. 66.* cùm alioqui ſi pactum interueniret aut præcederet actum permutationis, ſimonia committeretur, vt tradit Nauar. *conſil. 43. nu. 7. in fi. lib. 5. de ſimonia.* Secus autem ſi contraxerint ſub beneplacito Papæ vel Ordinarij: quo caſu etiamſi publicum fieret inter tractantes inſtrumentum ſtipulationibus atque promiſſionibus interuenientibus de S. Pōtifice, eiúſve Legato vel Ordinario ſuper approbatione permutationis adeūdo, cuius videlicet ad arbitriū

& nu-

Margin numbers: 1 (beside "tationis exprimi"), 2 (beside "de Confidentiis"), 3 (beside "tione non ſubſiſtere"), 4 (beside "tract. de permut.")

& nutũ omnia referãt hi permutaturi, nõ propterea reprobanda eſſet eiuſmodi permutatio, *Boetius Epo in cap. Cum vniuerſorum, nu. 145. de Rer. permut.* quod ſi poſt eiuſmodi tractatum ſtipulatione munitum altera partium pœnitentia ducta reſiliat à permutatione neq; promiſſum implere velit, per alteram partem cogi poſſet,
5. vt ſtet promiſsis, & quantum in ſe ſit permutationem futuram impleat, id quod quoque probat Fridericus de Senis *tract. de Permut. benef. quæſt. 28.* Idem dicendum ſi pactum eſſet gratuitum, quia tum ſubſiſteret permutatio:
6. vtpote quod pura & libera cenſeatur ſi fiat gratuitò, atque ob id non eſt ſimonia, & valet renuntiatio, *Io. de Anan. in cap. ex parte de offic. & pot. iud. deleg. Feliį. in cap. ad audientiam col. 2. de Reſcriptis,* vbi dicit quod etiam in foro conſciẽtiæ poteſt quis renuntiare in manus Papæ, cum hac conditione, vt Papa annuam penſionem per ſucceſſorem de fructibus beneficij reſignati ſibi ſoluendam conſtituat, etiamſi ipſe renuntians prius tractaſſet cum amico cui renuntiat, quod ſi ipſum beneficium à Papa obtineret ſolueret ei dictam penſionem, licet ille renuntians habuerit ſemper in animo quod ille amicus ſtatim habeat ei ſuccedere in beneficio renuntiato, & aliàs non renuntiaſſet, ſi aliter crediđiſſet: nam talis tractatus & talis ſpes ſecundum eum non inducunt ſimoniam etiam mentalem, & ita dicit ſe conſuluiſſe, probatq;

hanc

hanc ſententiam multis auctoritatibus, quibus adde Oldradum *cõſ. 304. col 4. in pr. verſ. 2.* Idem denique dicendum ſi pactum vel conditio ipſa actui renuntiationis ineſſet: quia quæ inſunt tacitè, poſſunt exprimi in traditione ſpiritualium & collatione beneficiorum abſque vitio ſimoniæ. *Abb. in cap. Significaſti de Electio, & in cap. olim. 1. de reſtit. ſpol. & in cap. ad audientiam 2. ibique Felÿ. de Præſcript.* Hinc ſcribit Milis *in Repert. verbo Permutans.* Permutantem Eccleſiam 7.
debitis grauatam poſſe paciſci cum alio permutãte de ſoluendis illius debitis & grauaminibus: quia etiam ſine pacto ad hoc tenetur: melius tamen eſt quod à talibus pactis ſe abſtineant ne fraus committatur. *Ita Milis d. loco.*
Sic nõ licet paciſci cum reſignatario vel com- 8.
permutante, vt expenſas quas fecit in beneficio litigioſo poſsit eas repetere ſi beneficium reſignet vel permutet: quia omne pactum in ſpiritualibus de onere temporali, quod iure non eſt annexum reprobatur, ſi abſque Superioris auctoritate fiat *Flam. Pariſ. lib. 14. quæſt. 7. Leſsius tract. de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 35. dub. 15. nu. 93.* Aduerte tamen ſi ante concluſionem permutationis, vel pacti aut conditionis in ea ex- 9.
preſſæ executionem, permutantes impetrarint Beneplacitum Papæ, quod ſubſiſtet permutatio, alioquin per ſolam promiſsionem coram Ordinario facta permutatio, eſt ſimoniaca, vt docet Gomeſius *ad Reg. de triennali. quæſt. 12. poſt*

pr. ibi

pr. ibi quid dicendum. his verbis: Nam in illo caſu partes per paucos dies ante reſignationem promiſerunt inter ſe ad inuicem permutare ſub quibuſdam conditionibus de quibus in capitulis, & licet illa capitula remanerent in nudis terminis promiſsionis, ex eo quia non fuerunt adhuc mandata ad effectum, & etiam continerent illam clauſulam, *ſaluo beneplacito Sedis Apoſtolicæ*, & continerent aliqua honeſta mixta cum illicitis, nihilominus quia ante permutationem non impetrarunt beneplacitum, ſequens permutatio coram Ordinario licet fuiſſet ſimplex & pura, & poſſet referri ad pacta licita, præſumebatur facta ad executionem promiſsionis pactorum præcedentium per ea quæ notat Pet. de Ancho. & Inno. *in cap. quæſitum. & in c. Cùm vniuerſorum de Rer. permut.* Mohedan. *Deciſ. 1. de ſimonia. per tot.* Vnde concludo, quòd permutatio coram Ordinario facta & executa in vim tractatus & pacti præcedentis, ſit nulla & ſimoniaca, ſi non contraxerint ſub beneplacito Ordinarij vel Papæ, illudque beneplacitum non præuenerit renuntiationem ſeu permutationis, aut pacti, vel conditionis in ea expreſſæ executionem. Quod ſecus eſt in permutatione quæ fit coram
16 Papa, cuius auctoritas purgat omne vitium, & omnem ſimoniæ labem excuſat, vt dixi, eiuſque voluntas ſola ſufficit pro cauſa & ratione vt tradit Felij. *in cap. ad audientiam. 2. de reſcriptis;*

tis. Licet Nauarrus ſcribat, reſeruationem beneplaciti Papæ,non excuſare exequentes conuenta, antequam illud impetretur; *Conſil. 27. de ſimonia.* 114

CAP. XXIII. SVMMARIVM.

Permutatio inita inter duos hac lege, vt ſi alterutrū beneficiorum eſſet penſione grauatum, is cuius erat ante permutationem, illam penſionem ſolueret, an ſit ſimoniaca? & quid ſi ob inæqualitatem fructuum alteri reſeruetur penſio cum pacto, vt ſtatim redimatur?

NAuarrus *conſil. 51. lib. 5 de ſimonia* reſpōdit, eiuſmodi permutationē auctoritate Ordinarij factam, nulla dictæ conuentionis facta mentione, ſi poſtea appareat alterutrum beneficium eſſe penſione grauatum, infectam eſſe vitio ſimoniæ ſaltem conuentionalis: cùm eiuſmodi pactum fuerit medium ineundæ permutationis, & omne tale efficiat renunciationem, collationem, & permutationem ſimoniacam, *cap. quàm pio 2. quæſt. 1. cap. fin. de pact.* Quod ſi promiſsio de ſoluendo penſionem fuerit ſolutione executa, iam effecta erit realis, vt ſubijcit ibidem Nauarr. Multò magis erit ſimoniaca permutatio; ſi ob

ſi ob inæqualitatem fructuum reſeruetur alteri permutantium penſio, cum pacto vt ſtatim redimatur, ex ſententia Cardinalis Toleti *in ſumma lib. 5. cap. 92. Caiet. opuſc. 16. quæſtio. 10.*

CAP. XXIIII. SVMMARIVM.

Conſtitutiones Pij IV. & V. ſuper confidentia beneficiorum edita, an locum etiam habeant in reſignationibus factis ex cauſſa permutationis?

FInge, inita permutatione beneficiorum iuridicè inter Titium & Meuium, & Titium accepta poſſeſsione beneficij Meuij per permutationem quæſiti, accepiſſe etiam fructus ſui beneficij collati Meuio illo nondum poſſeſsionem adepto, dubitatur an ſit locus dictarum Conſtitutionum de confidentia? Rurſum, finge Caium reſignaſſe beneficium ſuum ex cauſſa permutationis Sempronio, & & hunc viciſsim Caio ſperans quod is poſt renunciationem liberam & nullo pacto vallatam reſignabit Lucio, quæritur an eiuſmodi permutatio ſubijciatur pœnis de Confidentia? Et videtur vtroque caſu quod non: tum quia Bulla Pij V. loquitur de reſignationibus beneficiorum quæ fiunt ſimpliciter in fauorem, & non de illis quæ fiunt per permutationes iuridicas, *Nauar. conſil. 77. lib. 5. de Simonia.* tum quia conſtitutiones pœnales non ſunt extendendæ

ad alios

ad alios caſus, *glo.in Clem. 2. de ætat. & qual. in verbo eiſdem creſcent. deciſ.6 de Iurepatron.Nauar. conſil. 13. de Præbend.* tum denique, quia dictæ Bullæ concernunt tantum confidentias illicitas & ſimoniacas, quales non fuêre prædictæ in permutationibus iuridicè factis, *teſte Nauar.d.conſil.77.& conſil.80.nu.4.& in manuali 23. nu. 109.*

CAP. XXV. SVMMARIVM.

1. *Renuntiatio beneficij ad fauorem tertij an ſubſiſtat?*
2. *An ſuſtineatur reſeruatio penſionis facta in fauorem tertij?*
3. *Papa non ſolet reſeruare penſionem in fauorem tertij non reſignantis.*
4. *Renunciationes in fauorem coram Ordinariis ſunt ſimoniacæ & nullæ.*
5. *Aliud ſi coram Papa: & ratio diuerſitatis.*

QVæſtionis eſt, vtrum aliquis beneficium ſuum cum alio ſic permutare poſsit, vt ſuum detur tertio per ſuperiorem Ordinarium? negat permutationem ſubſiſtere Nauarrus *conſil. 43. nu. 3. lib. 5.* cui aſsidet Suarez 1.
tract.de virtute & ſtatu Relig.lib.4.cap.35.nu. 6. & ſeq. & nouiſsimè Leon. Leſsius *tract. de Iuſt. & iure lib.2.cap.35.dub.14.* Nam præterquam quod hæc reſignatio ſit in fauorem, continet pactum reſignationis reciprocæ, quod omninò extra

caſum permutationis eſt iure vetitum, *cap. Quæſitum de Rer. permut.* Idem in permutatione triangulari, v. g. Renuncio meo beneficio in fauorem Petri, vt Petrus ſuo cedat Paulo, & Paulus cedat ſuo mihi, fieri enim poteſt vt Pauli beneficium ſit commodius mihi, Petri verò ſit commodius Paulo, & meum Petro, quo poſito inire cupiũt permutationem: quæ modis præmiſsis vetita eſt, vt not. idem Leſsius *d. Dub. 16. & ſupra cap. 1. latius oſtendi.* Secus tamen eſſet ſi fiat in manus Papæ teſte eodem Leſsio, & Azorio, *lib. 7. Inſtit. moral. c. 30. Verſ. quarto quæritur.* Ratio diuerſitatis eſt, quod permutatio illa cõditionalis vel in fauorem quæ fit coram Papa, non habet in ſe conditionem turpem: cùm Põtifex acceptando permutationem purget eadem opera vitium omne ſeu ſimoniæ, ſeu ſi quod aliud ſit iure duntaxat humano inductũ, (quo iure renunciationes in fauorem ſunt ſimoniacæ. *glo. in cap. Ex parte 12. verbo dimittere de Off. & pot. iud. deleg. Nauar. cap. 23. ſui manualis nu. 117. §. ad decimum*, licet aliud voluerit Couar. *lib. 1. Var. Reſol. cap. 5. nu. 4.* cuius opinio vt ſingularis ab aliis reiecta eſt) quod aliud dicendum eſt in Ordinario, vitium illud ſeu turpitudinem hanc purgare nequeunte, vt in ſimili ſcrib. Boëtius Epo *ad cap. Cùm olim nu. 97. de Rer. permut.*
2. Sed an in permutãte auctoritate Papæ ſic expediri queat permutatio, vt alter compermutans tertio alicui penſionem ſuper bene-

beneficio cōpermutato reſeruare poſsit, ita vt illi tertio actio competat ad pēſionem? Negat D.VVameſius *conſ.268.nu.2.lib.1.* niſi tertius ille ſit præſens qui pēſionis reſeruationē acceptet, propter iuris regulā quæ dictat neminē alteri vtiliter ſtipulari poſſe. *§. alteri Inſtit. de inutil. ſtipul.* Hodie tamen Papa non ſolet admittere 3. reſeruationē penſionis in fauorē tertij non reſignantis, niſi ſtudiorū cauſa pro paupere ſcholari, ad cuius fauorem ſolet admittere reſeruationem penſionis 50. ducat. de Camera de conſenſu poſſeſſoris beneficij, Ita docet Hieron. Gonzales *ad Reg. viij. Cancell. glo. 14. nu. 60.*

Cap. XXVI. Svmmarivm.

1. *In permutatione an ſufficiat tacitus Epiſcopi cōſenſus, an verò requiratur expreſſa renuntiatio & repoſitio, & nu. 3.*
2. *Conſenſus declaratur verbis, nutu, & nuntio.*
4. *In permutatione interuenire debet beneficij vacatio.*
5. *Superior alteri quàm compermutanti beneficiū conferre non poteſt.*
6. *Renūtiationē & collationem præceßiſſe ſcriptura (probatur.*
7. *Vel curſu longi temporis.*
8. *Longum tempus quod dicatur.*
9. *Interpretatio ſic facienda, vt actus potius valeat quàm pereat.*

IN permutatione, vt ſuprà diximus parte prima, interuenire debet permutantium renū-

1. tiatio & Superioris collatio. An autem ſuffi-
ciat ſi Superior permutare volentibus nudum
aſſenſum præbeat, modò voluntas eius non re-
fragetur, vel aliàs verbis his exprimat: *Placet
nobis*, dubitatur: Frid. de Senis *in ſuo tract. Per-
mut. quaſt. 27.* exiſtimat ſufficere, cum hac ver-
borum locutione videantur iſti renuntiaſſe,
2. & Epiſcopus acceptaſſe, & contuliſſe: cùm cō-
ſenſus ſoleat declarari vel verbis, vel nutu, vel
nuntio, *l. pater naturalis ff. de adoptio. l. conſenſu ff.
de actio. & oblig.* ſicque abſque alia collatione
transfert illa inuicem (inquit Hieron. Con-
zalez) in alterutrum, & incontinenti permu-
tatio eo ipſo perfecta remanet, abſque alia no-
ua collatione. Nam illa admiſsio, vim habet
tacitæ collationis, vt præter Anchoranum *in
cap. inter cætera nu. 3. poſt princip. verſ. poſſet etiam
dici. de Praben.* Hieron. Gonzalez *ad Reg. 8. Can-
cell. glo. 14. nu. 44.* probat Innocenitus *in d. cap.
inter cætera*, vbi dicit permutantes habere ius
in beneficiis permutatis ſtatim atque Superior
ſuam auctoritatem interpoſuit. Quanquam ſe-
cundum eum *in cap. ex ore de his quæ fiunt à Præ-
lat. & Io. Nicol. Delphin. lib. 2. de Iurepatron. nu. 155.*
tutius ſit quod expreſsè fiat renuntiatio & col-
3. latio expreſſa; atque ita conſuetudinem ſer-
uari ſcribit. Nec deeſt ratio. Cùm enim in per-
mutatione neceſſariò debeat beneficij vacatio
4. interuenire, *cap. licet, ibi: Ipſa reſignauit de Rer.
permut.* quomodo nudo conſenſu verbis etiam

præſti-

præſtito vacabit beneficium quod citra renũtiationem petitur cum alio permutari? non enim quòd petit permutari, eo ipſo renuntiat. Satius itaque eſt, vt expreſſa renuntiatio & collatio præcedat (maximè cùm collator alij 5.
quàm compermutanti beneficium conferre non poſsit, vt eſt *text. in Clem. vna de Rer. permut.*) quam præceſsiſſe ſcriptura probari poteſt, *Egid. part. 9. quæſt. 1.* vel ex curſu longi temporis. *Anton. de But. in cap. ea noſcitur de his quæ* 6.
fiunt à prælat. glo. & DD. in cap. peruenit. de empt. & vend. diciturque longum tempus vt ex eo præ- 7.
ſumatur conſenſus, decem annorum, teſte But. & Inno. *in cap. illud de præſumpt.* Maſcard. *de pro-* 8.
bat. concluſ. 417. nu. 2. Denique in his aliiſque vbi voluntatis quæſtio eſt, ea ſumenda eſt in- 9.
terpretatio, vt actus potius valeat, quam pereat. *cap. Abbate. de re iud. in 6.*

CAP. XXVII. SVMMARIVM.

1. *In permutatione pactio omnis interdicta, niſi ſub beneplacito Superioris, & nu. 6.*
2. *Subſiſtit pactum inter contrahentes quo fide data promittunt procurare permutationem beneficiorum expediendam.*
3. *Adeò vt non liceat alterutri contrahentium à dicto pacto reſilire.*
4. *Quin nullius eſſet roboris eiuſmodi reuocatio.*
5. *Ideò cogi poterit vt pacta conuenta ſeruet.*

 7. Exe-

7. *Executio permutationis præcedentis placitum Superioris vitioſam atque adeò ſimoniacam reddit permutationem.*

8. *Permutatio non dicitur licita ſine interuentu beneplaciti Papæ, etiamſi in actu permutationis adiecta ſit clauſula Saluo beneplacito.*

AD modum etiam ſeu formam permutandi pertinet, vt permutatio ſimpliciter fiat ſine vlla promiſſione quæ tranſeat in obligationem, alioqui ſimoniaca ſit: cùm omnis pactio in beneficialibus inducat ſimoniam, *cap.fi.de pact.* Sed, finge aliquos tractaſſe de permutandis ſuis beneficiis, fideque data promiſiſſe procurare dictam permutationem per illos qui eam expedire poſſunt, an ſubſiſtat? Dicendum cum Stephano Aufrerio *ad deciſ.capel.*
2. *Tholoſ. 260.* ſubſiſtere: quia non fuit inter partes facta concluſio permutationis, ſed promiſerunt operam dare vt per ſuperiores expediretur, quod non videtur prohibitum, inquit Collectarius *ad cap. Cùm olim in extremo de Rer. permut. cap.olim de reſtit. ſpoliat. glo. & Panor. in cap. Quæſitum de Rer. permut.* Imò, nec alteruter
3. huiuſcemodi promiſſioni contrauenire poterit ſecundum eundem Aufrerium: cùm omne Iuramentum quod non vergit in detrimen-
4. tum ſalutis animæ ſeruandum ſit. Nam etſi reuocaret non valeret reuocatio: cùm in ſpiritualibus non poſsit agi ad intereſſe, *per not. in cap. dilecto de præben.* Ideoque ex officio cogi pote-

poterit à Superiore vt de noléte fiat volés quod ait Fred. de ſenis *tract. de permut. quæſt. 38. nu. 65. text. in l. quoniam Cod. de Rer. permut. Nauar. conſ. 43. nu. 4. in fine. de ſimonia. lib. 5.* etiamſi fides ſolùm data ſit: quia fidei datio & iuramentum æquipollent, *cap. Ad aures, de his quæ vi metúſve cauſſa fiunt.* Aduerte tamen, hactenus permutantes poſſe modo præmiſſo efficaciter tractare, dummodo prius ſe muniant hac cautione: SI ET QVATENVS APPROBETVR A SVPERIORE, *cap. Quæſitum. cap. Cùm vniuerſorum cap. Cùm olim de Rer. permut. Felij. in cap. ad audientiam 2. de reſcript. Boer. Deciſ. 205. nu. 3. Nauar. d. conſ. 43. nu. 1. Azorius lib. 7. Inſtit. moral. part. 2 cap. 29. verſ. 16. quæritur, quibus adde* Rebuff. *in praxi tit. de Permut. nu. 52.* vbi paulò poſt ita concludis: Vnde quamuis partes fecerint Inſtrumentum obligatorium de permutando ſua beneficia cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ vel Legati habentis ad hoc poteſtatem, nequaquam ſimoniam committunt, reſeruando tamen voluntatem Superioris; nec prohibent iura partibus promittere ſe curaturas vt permutatio fiat ab his à quibus recipitur. *per l. in illa ff. de verb. oblig. cap. ex litteris de ſponſal.* quod & probat Franc. Suarez *lib. 4. de Virtute & ſtatu Relig. cap. 32. nu. 7. & ſeqq.* Secus ſi nullam fecerint partes Superioris mentionem, per rationem initio huius capitis dictam: imò etiamſi fecerint, ſed executio præceſsit placitum Superioris,

5. (margin, beside line 3)
6. (margin, beside line 11)
7. (margin, beside line 29)

Nauar.conſ.43.in fi.de ſimonia lib. 5. Hinc decidit Rota,clauſulam Salvo beneplacito Se-
8. dis Apostolicae, non tollere vitium ſimoniæ,ob pacta interuenientia, ſi permutatio vel reſignatio fiat coram inferiore,& beneplacitum non obtineatur,*Mohedan. deciſ. 1. in fi. de ſimonia, Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. 12. §. 1. nu. 97.*

Capitis XXVIII. Svmmarivm.

An in permutationibus locum habeant Annata?

Dvbitationem mouet, quod per reſignationem in manus Ordinarij factam vera inducatur beneficiorum vacatio, *cap. Vnico de Rer.permut.Flam.Pariſ.de Reſig. lib. 11. quaeſt. 5. nu. 19. & lib.12. quaeſt.5.nu.19. & de confiden.q.25.* Ideoque,vt in aliis,ſic in hac vacatione Annatis locus eſſe videtur,vt tenuit Archid.& Io.And. *in cap. Si propter, de Reſcript. in 6.* Contraria tamẽ ſẽtẽtia & verior & receptior eſt teſte Collectario *in cap. Si tibi conceſſo de Præbend.in 6.* quã etiam probat Io. Monach. *in cap. vnico de Rer. permut.* pro qua facit ratio hæc, quod permutatio initium non capiat ex mutuo conſenſu, ſed ex rei traditione: nam priuſquam alter ex permutantibus beneficium alterius habeat,nequaquam eſt completa permutatio. *Geminia.in d.cap.1.* Cùm igitur ſola adeptio rei permutatæ hunc contractum perficiat, ſequitur nihil

eſſe

eſſe quod vacans reperiatur, cùm adhuc omnia pendeant, & momentum dari nequeat in quo hæc beneficia vacauerint, & ita intelligēda ſunt verba dicti Io. Monachi *in d. cap.* atque ita tenuit Henricus Bohic *in cap. Tua de Verb. ſignif.*

CAP. XXIX. SVMMARIVM.

An ſit Simonia ſi Ordinarius conferat beneficium ex cauſſa permutationis renunciatum, alteri compermutantium cum pacto quod detur dimidia pars fructuum collatori, vel cuidam tertio, aut compermutanti.

CORyphæus Canoniſtarum Panor. *in cap. 1. nu. 13. Vt Eccleſ. benef. ſine diminut.* apertè reſpondit conferētem alicui beneficium cum pacto vel conditione, vt aliqua pars fructuum ſibi detur, committere ſimoniam, & quidem realem, ſi ſecuta collatione fructus dentur. Eadem autem eſt ratio, ſi faciat pactum vel conditionem vt aliqua pars fructuum detur alteri vel compermutanti: tùm quia omne pactum & omnis modus & conditio quæ iure nō eſt adiecta collationi beneficij efficit eam ſimoniacam, *vt habet cap. Quàm pio 1. quæſt. 2. glo. in cap. dudum, verbo liberè, de Præbend. in 6.* tùm quia in præmiſſo caſu non poſſumus dicere, quod Ordinarius adijciendo dictam conditionem voluit

voluit imponere penſionem, quia non dixit illud Ordinarius, & cùm Ordinarius vult facere aliquid contra ius commune, etiam in caſu in quo id facere poteſt, non videtur id facere velle, niſi id exprimat. Illa enim eſt differentia ſolennis, inquit Nauarrus, *conſil. 4. de Simoni*, inter Papam & inferiores, quod Papa faciendo aliquid quod non poteſt valere propter aliquem defectum iuris, niſi diſpenſet, ſi ſcit illum defectum, videtur tacitè diſpenſare, non autem ipſo inferior, niſi expreſsè dicat ſe diſpenſare, quæ eſt doctrina Panor. recepta *in cap. diuerſis fallaciis, de Cler. coniugat.* atque ita cum imponere penſionem beneficio ſit contra ius regulare, *cap. Extirpandæ, de Præbend.* Ordinarius nõ poteſt ſine iuſta cauſſa facere, vt dicemus infrà *part. III. cap. VII.* nec videtur velle penſionem imponere niſi id exprimat: tum quia aliud eſt imponere penſionem ſuper beneficio, aliud facere collationem conditionalem vel modalem, & in caſu præmiſſo fuit facta collatio conditionalis vel modalis, ideoq; à ſimonia reali excuſari non poſſe, totidem verbis reſpondit Nauar. *d. conſil. 4.*

Cap. XXX. Svmmarivm.

An in beneficiis reſignatis ex cauſſa permutationis ſit faciendum examen per Concurſum?

Quæ-

QVæſtio hæc vnica diſtinctione deciditur : Aut vtraq; beneficiá ſunt curata & paria ; aut non ſunt eiuſmodi : priori caſu, non requiritur nouum examen ex declaratione S. Cógregationis, quam laudat Flam. Pariſ. *tract. de Reſignat. benef. quaſt. 9. nu. 95. lib. 8.* & Paulus Piaſecius *in praxi Epiſcopali part. 2. cap. 5. nu. 18.* poteſtque apponi clauſula, *Vt non obſtantia beneficiales, &c.* Altero caſu quando eſt ſimplex beneficium ad curatum, vel cum aliàs eſt inæquale, tunc requiritur & eſt faciendum examen : quæ declaratio *ad cap. 18.* talis eſt. Si permutatio parochialis cum beneficio ſimplici coram Ordinario fiat, requiritur nouum examen quoad parochialem, ſed abſque concurſu. Quod amplia etiamſi hic parochialem obtinẽs ſit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico : quia propter gradum non excuſatur quis ab examine quando petit prouideri de aliqua Eccleſiá parochiali, vt reſoluit eadem S. Congreg. *ad cap. 19. ſeſſ. 24.* Quibus declarationibus aliás ſubijcio eodem tendentes. *Tertia* : In vacationibus etiam per permutationem nullum prorſus examen requiritur, cùm propriè non dicantur vacare, *Clem. 1. de Rer. permut.* ſi tamen eſſet magna inæqualitas numeri parochianorum, & quod aliàs iſti permutantes non fuerint examinati, iterum examinabuntur ab Ordinariis, ſed abſque concurſu. *Quarta* : In permutationibus quæ fiunt de be-

de beneficio ſimplici & curato, licet non ſit neceſſarius concurſus, examen tamen neceſſariū eſt. *Quinta*: In permutationibus Eccleſiarum parochialium, non requiritur examen, ſi tamē adſit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel permutantes non fuerint examinati eo tempore, quo parochiales adepti ſunt, tunc eos examinandos eſſe, ſed abſque concurſu, & ſi fiat permutatio cum beneficio ſimplici, erit neceſſarium examen, ſed non per concurſum. *Sexta* eſt de beneficiis ſeu Eccleſiis curatis, quę optantur, in quibus non eſt neceſſarium examen per concurſum. Atque has S. Concilij reſolutiones acceptas refero à Nicolao Garcia Licen. Hiſpano *in tract. de benef. part. 9. cap 2. §. 1. nu. 165.* vbi ſubijcit expedire permutare volétibus beneficia quæ requirunt examen ad curatum, quod ante renuntiationem fieret examen ad illud, vt fieri rectè poteſt, ne fortè poſtea inueniátur non idoneus, &c. In permutationibus tamen quæ fiunt coram Papa, ſemper committitur Ordinario in forma *Dignum*, niſi mittatur approbatio Ordinarij cum examinatoribus Synodalibus ad Parochiales quæ permutantur, aut ad parochiales in communi, aut niſi permutantes ſint Romæ examinati, &c. *Septima*, In parochialibus vacantibus per reſignationem in fauorem, concurſus fieri non debet, cùm propriè non dicantur vacare: prouiſiones tamen iſtarum Ordinariis commit-
tántur

tãntur qui examinatis non autem per concurſum prouiſis ſiue reſignatariis & idoneis repertis parochiales eiuſmodi conferant. Ita Illuſtriſſ. Card. Interpretes Concilij *ad cap. 18. cap. 24. & ad cap. 18. ſeſſ. 24.* Quæ S. Congregationis Cardinalium Interpretum Concilij Triden. declarationes, aliæque omnes, ſunt vt hoc obiter notem, diffinitiuæ ſeu deciſiuæ vim legis habentes, vtpotè latæ ex Commiſsione Papæ, & à perſonis habentibus interpretãdi & reſpondendi facultatem à Principe, vt apparet ex Bulla Sixti V. in 2. part. Bull. 7. in ord. Et ita ſuper declarationibus S. Congregationis Papa ſtatim dat Breue, & Auditor Cameræ Monitorium in earum executionem, & Rota eas abſque vlla controuerſia & diſputatione amplectitur, vt praxis oſtendit. Et quãuis declaratio ſit ad inſtantiam alicuius particularis ſeu in caſu particulari, tamen facit ius quoad omnes *ad l. vlt. C. de leg.* Nec requiritur publicatiõ aut intimatio eiuſmodi declarationum, ſufficit enim quod vt leges ſint promulgatæ & receptæ; atque hæc ex ſententia Nicol. Garciæ *tract. de Benef. in Præfat.* Hinc eadem S. Congregatio decreuit *ad ſeſſ. 25. cap. 19. §. de Recipiendis & obſeruandis Decretis Concilij.* Decreta & litteras Congregationis Concilij ſemotis litibus eſſe executioni demandandas, nec ſupèr his ſententia vel Decretum aliquod eſſe iterum faciendum.

CAP.

CAP. XXXI. SVMMARIVM.

Turnus an conſumatur ex collatione ex cauſſa permutationis facta?

QVæritur, vbi collatio ſimultanea ſpectat ad Epiſcopum & Capitulum, an conſumetur turnus Epiſcopi ex collatione facta ab eo ex cauſſa permutationis? Gonzalez. *ad Reg. VIII. Cancell glo. 46.* Reſpondet quod niſi aliud ſit concluſum vel concordatum, ex collatione facta ex cauſſa permutationis, non minus cōſumitur turnus & viciſsitudo quam per collationem ex alia qualibet vacatione, citatque Philipp. Probum *in cap. Cum in illis nu. 62: de Prabend. in 6.* poſt Steph. Bertrand. quem allegat *conſ. 294. incip. Viſo ac conſiderato, & conſ. 323. incip. Quicquid dixerit vol. 1.*

CAP. XXXII. SVMMARIVM.

Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium, an comprehendat beneficia vacantia ex cauſſa permutationis.

QVæro, Papa conceſsit Epiſcopo Famagotenſi mole debitorum grauato gratiam percipiendi fructus primi anni beneficiorum vacantium in ſua Diœceſi, an, ſuppoſito quod tales fructus non erant aſsignati ex priuilegio, vel conſuetudine Fabricæ Eccleſiæ vel alicui perſo-

perſonæ iuxta cap. Si propter de Reſcript. in 6. debeantur dicto Epiſcopo vacante Eccleſia per renunciationem ex cauſſa permutationis? *Glo. in d. cap. verbo Vacabunt*, reſoluit deberi. Et ratio eſt, quòd renunciatio ex cauſſa permutationis, vera reſignatio ſeu vacatio ſit, *Rota deciſ. 16. de Rer. permut. in antiq. & deciſ. 1. in No. Geminia, & Probus in cap. 1. ibi text. verb. reſignaverit, de Rer. permut. Mandoſ. ad Reg. 19. quaſt. 12. in fi. Flam. Pariſ. de Reſig. lib. 11. quaſt. 5. nu. 19. & lib. 12. quaſt. 5. nu. 19. & de Confidentia quaſt. 25. Azor. lib. 7. Inſtit. moral. cap. 29. quaſt. 20. & cap. 30. quaſt. 10.* Vnde qualitas requiſita in beneficiis aliàs vacantibus, requiritur etiam in vacantibus ex cauſſa permutationis, *Put. deciſ. 331. & 338. lib. 1. Mohedan. deciſ. 7. de Conceſſ. præbend. Flam. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 4. quaſt. 9. nu. 25. & 42. Nicol. Garcia de benef. part. 11. cap. 3. nu. 6.*

CAP. XXXIII. SVMMARIVM.

An beneficium verbo collatum per S. Pontificem, poſſit à collatario cum alio permutari?

CEnſuerim poſſe: cùm per ſolam collationem ius ad beneficia quæratur, *cap. Si tibi abſenti, de Præbend. in 6. Inno. in Clem. vnic. nu. 22. de Rer. permut.* & facultas permutandi permittatur, *Peckius. tract. de Amortizatione bonorum cap. 26.* quod & probat in terminis Maſcardus *in tract.*

tract.de Probat.concluſ.846.nu.18. motus auctoritate Rebuffi *in Concord. Nub. de Mandat. Apoſt. verb. Litteras,verſ.Item diſpenſatio.* qui ſcribit beneficiũ poſt gratiã ſolo verbo factã, & ante expeditionem bullarum permutari cum alio poſſe,citatque deciſionem Rotæ 882.*incip.Nota quod vbi. in antiq.* vbi beneficium dicitur vacare per mortem illius,cui verbo ſolo collatum fuit, etiamſi haberet tantum ſignaturam; & ſi iſte collatarius moriatur extra Curiam, dicetur beneficium extra Curiam vacare, licet ante collationem iſti factam in Curia vacaſſet, de quo tamen videatur Gomeſ. *d. Reg. de non toll. ius quæſit. quæſt.1.*

CAP. XXXIIII. SVMMARIVM.

Ignorantia in caſu præſenti excuſat permutantem à Simonia.

QVæro,Titius permutauit beneficium ſuũ cum beneficio Meuij, quod is adſtruebat valere 20.aureis,cùm reuera tanti non valeret, idemq; Titius locat fructus dicti beneficij 20. aureis ignorãs alioqui valorẽ dicti beneficij,an idem Titius committat ſimoniam? Zerola *in praxi Epiſc.part.2.verbo Simonia §.9.* reſpondet quod non,ſaltem pro tempore quo probabiliter valorem ignorabat,quia ſic ignorans debet excuſari à damno. *cap.2.de Conſtit.*

PARS

PARS TERTIA.

Quæ continet Impedimenta quæ obſtant permutationi, & quædam Miſcellanea.

CAP. I. SVMMARIVM.

1. *In permutatione omnis fraus abeſſe debet.*
2. *Fraus non præſumitur niſi probetur.*
3. *Per eum probanda qui eam allegat.*
4. *Fraus non generatim ſed ſpecificè probanda eſt.*
5. *Dolus & fraus directo probari non poteſt, ſed indiciis & coniecturis.*
6. *Permutatio beneficij pinguis cum tenui, an cenſeatur fraudulenta?*
7. *Coniecturæ quæ ſint vt in permutatione fraus interueniſſe præſumatur.*
8. *Ex coniunctione ſanguinis dolus & fraus præſumitur.*
9. *Niſi alia vehemens circunſtantia illam præſumptionem elidat.*
10. *Remanens in poſſeſſione poſt renũtiationem præſumitur fraudulentus.*
11. *Item quando permutans eſſet decrepitæ ætatis.*
12. *Inſuper ex magna inæqualitate beneficiorum permutatorum.*
13. *Vt ex infirmitate præſumatur fraus ea debet eſſe grauis, nec id tantum, ſed quod eiuſmodi fue-*

 rit

rit tempore inita permutationis.

14. *Hodie ex Regula Cãcellariæ de Infirmis æger ſupereſſe debet poſt 20. dies à permutatione computandos.*

15. *An Regula Cancellariæ de Infirmis locum obtineat in quacumque permutatione, ſiue de æquali, ſeu de Inæquali beneficio.*

16. *Tres præsũptiones vel duæ quæ tribus æquipolleãt ſufficiũt vt reſignatio iudicetur fraudulenta & irrita.*

17. *Non ſubſiſtit permutatio etiam ſine vllis fraudis coniecturis, cũ maxima ſubeſt benef. permut. inæqualitas.*

18. *Fraudis coniecturæ militant tantum quoad expectantes.*

1. PRincipiò, expeditũ eſt cõtractũ permutationis fraude carere deberé *per text. in cap. Licet in tua de Rer. permut. in 6.* ſed quoniã fraus nõ
2. præſumitur, niſi probetur, *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. merito ff. pro ſocio glo. in c. Sedes de Reſcript.*
3. ſitque per eũ probãda qui eã allegat: *l. patronus. l. qui teſtamẽtũ. ff. de probat. glo. in l. omnes. §. Lucius*
4. *ff. quæ in fraud. cred. & in l. ſi probaueris verbo ſciẽs C. ſi alien. res pignor. data ſit*: idque ſpecificè vt voluit Bart. *in conſil. 63. incip. Petrus Nicole poſt nu. 2. Verſ. His præmiſſis, & alij quos citat Maſcard. de probat. concluſ. 815. nu. 6.* cùm ſint diuerſæ frau-
5. des quibus homines circumſcribuntur, occulteque ſoleant committi, eoque directò probari nequeant, *l. dolum. cum ſimilibus. C. de dolo*, videndum eſt ex quibus indiciis & præſumptio-

nibus fraudulenta dicatur permutatio. Et quidem primò controuertitur an ea permutatio cenſeatur fraudulenta, ſeu in expectantis aut Ordinarij fraudem facta, quæ fit de beneficio opimo cum tenui? caſus videtur in terminis, *in cap. Si te. de Renuntiat. in 6.* vbi Pontifex ſtatuit Renuntiationem beneficij magni valoris cum tenui, nullius eſſe roboris, nec nocere expectāti, vtpote quæ ratione inæqualitatis fraudulēta præſumatur, atque ita reſpondit Grauetta, *conſil. 82. nu. 4. & Milis in Repert. verbo Permutatio facta, fol. mei 304.* Ceterùm, nō ita abſciſè intelligenda eſt prædicta conſtitutio, vt ſimpliciter ratione inæqualitatis fraudulēter facta præſumatur, ſed concurrant neceſſe eſt aliquæ aliæ probabiles coniecturæ. *Felij. in cap. quia veriſimilè. nu. 1. de Præſumpt. Rebuffus in praxi benef. tit. de Permut. nu. 42.* Quæ illæ? vnam ibi Pontifex 7
deſignat, vt quia (inquit) renuntiationis tempore is qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius præbenda ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur, *cap. commiſſa de Electio. in 6. cap. ex tranſmiſſa de Renuntiat. Card. Tuſchus pract. concluſ. Tom. 6. concluſ. 303. nu. 7. & concluſ. 305. nu. 13.* Addit aliam Pet. And. Gammar. *ad d. cap. Licet. nu. 28.* & Felinus 8
in d. cap. quia Veriſimile nu. 1. Si nimirum permutans cum nepote contraxerit: nam tunc

concurrit ſuſpicio ſanguinis, & regulare eſt quod ex coniunctione ſanguinis dolus & fraus præſumatur. *l. non ſolum ibi DD. ff. de ritu nupt. Grauetta.conſ.82.nu.5.Gail.lib.2.obſer.30.nu.7.Rebuff.in praxi.tit.de permut.nu.45. Abb.in c.1.vlt.not. de Cler.non reſiden. Ioannes And.in d.c. Si te de renuntiat.in 6.* vbi quærit an Clericus ſenex qui permutauit beneficium ſuum pingue cum tenui cuiuſdam nepotis ſui præſumatur ex eo
9. fraus: & reſoluit quòd ſic. Ergo ceſſante conſanguinitatis circumſtantia, ceſſat coniectura, *Anchar.conſil.388.nu. 5.* citatus Menochio *lib. 6. præſumpt. 78. nu. 9. in fi.* Quod tamen accipe, niſi alia vehementior adſit circunſtantia quæ illam priorem elideret, *Gammar.ad d.cap.licet.nu. 21. ibique Geminia.nu. 22.Fran.Marcus deciſ. 1125. nu. 2.* vbi ſubijcit eiuſmodi præſumptiones ſaltem allegari debere, *per not. Bart.in l. Si adulterium cum inceſtu §.Idem Pollioni ff.de Adulter.* Adde & aliam fraudis coniecturam ex Rebuffo *d. tit. nu. 46.* nimirum, cum is qui renuntiat
10. ſemper remanet in poſſeſſione beneficij reſignati, *l.ſicut. §.Superuacuum ff.quib. mod. pig. vel hypoth.ſol.Pariſ.conſ.130.nu.6.lib.2.* quam coniecturam in magno habet Innocen. *in cap. 1. de cler. non reſid.* & Bart. *in l. poſt contractum in 6. coniectura ff. de donat.* Amplius, fraudis coniectura
11. arguitur ex permutantis ſenectute, vt decidit Rota *deciſ.2: aliàs 361. de Præſumptio. in antiq. Bertrandus conſ.311.nu.2. vol.2.Io.And. in repet. cap.1. nu.2.*

nu.2.part.de Rer. permut. in 6. ſenectute dico capulari,ſeu decrepita, *Menoch.d. præſumpt.78.nu. 11. Rebuff.in Concordata tit. de Collatio. §. Volumus verbo Vacantia.* Poſtremò,fraudis ſuſpicionem inducit, ſi fiat permutatio cum beneficio vel 12.
capellania ficta,vel Canonicatu qui nullius erat momenti: quia iactare ſuum quis in dubio non præſumitur, *l. cum de indebito ff. de Probat. Rebuff.ad Reg.de Infirm.Reſig.tit.de Permut.nu.44.* talemque permutationem irritam declarauit Pius IV. *in conſtit. publicata anno 1564. Ianuarij die 27.*& Senatus Pariſien apud Paponem *lib.2. arreſt.tit.7.arreſto 1.* Prætereà,fraudis coniectura inducitur,quando fuit facta clam & ſecretò,ita poſt Barbat. *conſ.90.lib.4.* Rebuff. *in Concord. tit. de Collatio. §. Volumus, verbo Vacantia, verſ. prima eſt quãdo.* Menochius, *d. præſumpt.78. nu.16.* Alias ſimulatæ permutationis cõiecturas videre poteris remiſſiuè apud eundem Rebuffum *d.loco.* Declara tamen primam coniecturam vt ex ea arguatur fraus, neceſſe omnino 13.
eſſe allegare & probare ipſo reſignationis & permutationis tempore morbum fuiſſe grauem,& quidem talem,vt medicorum iudicio æger moriturus iudicaretur, alioqui altero ex his requiſitis deficiente non obtinebit. Actor, *Io.de ſelua tract.de benef.part.3.quæſt.18.nu.1.in fi. Maſcard.tract.de Probat.concluſ.1177 nu.3. & ſeqq.* Quod extende vt procedat etiam ſi permutans deceſſerit intra tres dies,Card.Tuſchus *d.tract.*

14 *concluſ.310.in fine*.. Sed hodie ex Reg. Cancella-
riæ XVIII.de Infirmis renuntians vel permu-
tans in infirmitate debet poſt viginti dies à
permutatione ſupereſſe, vt ſubſiſtat permuta-
tio, alioquin vitiatur & pro nulla habetur, ita
quidem vt non liceat permutanti propria au-
ctoritate ad ſuum redire beneficium, ſi nempe
æger intra viceſimum diem à die permutatio-
nis computandum deceſſerit, per ea quæ tradit
idem Rebuffus *ad. d. Reg. de Infirm. benef. reſign.*
in glo. Verbi ſiue ſimpliciter, ſiue ex cauſa permuta-
15 *tionis.* ſiue permutatio fuerit facta de benefi-
cio opimo cum tenui; ſiue de æquali, quicquid
in contrarium ſcribat Gomeſius *ad 4. Reg. quæſt.*
19. quia illius opinionem non ſequitur Rota,
Achilles de Graſſis deciſ. 376. qua de re pluſcula
ſcripſi ad d. Regulam XVIII. ſiue eius Gloſſo-
graphum Alphonſum Soto. Poſtremò, declara
16 quæ de præſumptionibus fraudis hactenus di-
xi, ſufficere præſumptiones tres vel duas, qua-
rum vna æquipolleat duabus, *vt in d. cap. Si te in*
fi. de Renunciat. ad hoc vt reſignatio vel permu-
tatio iudicetur fraudulēta, & nihilominus be-
neficiū impetrari poſsit, *Glo. pragmat. tit. de Col-*
lat. §. 10. Item quod omnia, verbo Permutationis. Bel-
lam. deciſ. 314. Pet. Anchor. conſ. 388. Stephan. Bertrā.
conſ. 311. lib. 2. Crauetta cōſ. 82. Cepola tract. de ſimul.
cont. in 6. caſu principali cap. 2. cum ſeq. Decius conſ.
17 *167. nu. 2.* Quanquam etiam remotis omnibus
fraudis cōiecturis quæ exurgūt ex cauſis præ-
dictis,

dictis,ſi maxima ſit beneficiorum permutatorum inæqualitas,qualis fuit Glauci & Diomedis,vt eſt in prouerbio,hoc eſt vt ne pro centeſima parte beneficium vnum alteri reſpōdeat, ſunt qui eiuſmodi permutationem non valere adſtruant,*Boetius Epo,tract.de Satur. perm. benef. iur.nu.48.* cùm tales permutationes nihilo meliores ſint imaginariis & fraudulentis contractibus qui de iure non ſubſiſtunt,*l.nuda 55. l.ſi quis l.cùm in venditione ff. de Contrab. empt. l. qui per colluſionem ff.de actio.empt.l. 20. l.46. ff. locati.*
Aduerte tamen,prædictas fraudis coniecturas ad hoc vt præſumatur fraudulēta permutatio, locum demùm habere quoad expectantes, non etiam Ordinarios, alióſve qui ius inſtituendi vel præſentandi habēt,vt benè notauit Menochius *lib.6.de Præſumpt.præſumpt.78.nu.2.*vbi ait, quod quando facta eſt renunciatio vel permutatio beneficij auctoritate Superioris & de nullius præiudicio agitur,quippe nullus adeſt expectās primū vacaturū, renūciatio vel permutatio eo caſu nō præſumitur fraude facta, ita à cōtrario ſēſu probat *d.cap.Si te de Renūciat. in 6.* Nūc autē cū nō adſint expectātes, expectatiuæ enim ſunt ſublatæ à S.Concilio Triden.*ſeſſ. 24. de Refor.cap.19.*iſtæ fraudis coniecturæ permutationum videntur ceſſare. *Nicol. Garcia tract. de Benef.part.11.cap,4.nu.102.*excepta fraudis cōiectura,quæ exſurgit ex permutatione quæ fit cum beneficio ficto ſeu nullius momenti:quia 18.

Pius IV. in Conſtit. ante memorata declarauit eiuſmodi permutationem nullam & irritam, vt ſuprà diximus.

Cap. II. Svmmarivm.

1. *Permutatio non ſubſiſtit ea lege inita vt compermutans ſuppleat inæqualitatem beneficij fructibus permutati beneficij, vel aliqua alia re temporali.*
2. *Etiamſi interueniat auctoritas Superioris, Limita vt nu. 3. & 4.*
5. *In permutatione, de qua hic, cauendum ne pactum tituli cum pacto prouentuum miſceatur.*
6. *Exceſſus vnius præbendæ non poteſt compenſari pecunia, ſi exceſſus ille cum ſuo titulo annexus conſideretur.*
7. *Penſione an poſsit compenſari inæqualitas beneficij permutandi?*
8. *Penſio quæ aſsignatur ex cauſſa reſignationis, ne reſignans ex ea nimium diſpendium patiatur, eſt quid temporale.*
9. *Habet tamen quid ſpiritualitatis annexum.*
10. *Ex Conſtitutionibus Pij V. & Sixti V. penſionarij tenentur deferre tonſuram, & habitum clericalem, & legere horas B. Virginis.*
11. *Penſiones reſeruatæ vt ſuprà, cenſentur ex dictis Cōſtit. dari & reſeruari titulo Eccleſiaſtico.*
12. *Et proinde poſſunt permutari.*
13. *Ordinarij ſeu Epiſcopi non aliter penſionem reſeruate*

ſeruare poſſunt, niſi ad onus eius qui penſioni conſentit.

14. *Et extinguitur morte alterutrius.*

15. *Morte reſignatarij coram Ordinario, extincta eſt eorum obligatio qui pro penſionario fideiuſſerunt.*

16. *Diuerſitatis ratio cur inæqualitas fructuum poßit compenſari penſione, non etiam pecuniâ.*

17. *Penſio non eſt quid merè temporale ſecundum Nauarrum.*

18. *Penſio vendi aut transferri non poteſt ſine Pontificis auctoritate.*

19. *Penſio dependet ex ipſo beneficio, neque nudo nomine fructuum cenſetur.*

SVccedit affinis quæſtio prçcedēti: an ſubſiſtat permutatio beneficij maioris valoris cū beneficio minoris valoris, hac lege vt fruct⁹ excedētes prouentus minoris beneficij ſoluantur compermutanti? Reſpondet Nauar. *conſil. 50. lib. 5. de ſimonia.* non ſubſiſtere, imò tam mediatores quàm permutantes incidere in ſimoniam realem & excommunicationem Papalem per Extrauag. 2. de Simonia. Nec auctoritas Superioris ſanaret vitium eiuſmodi permutationis, teſte Silueſt. *in verbo Permutatio 2. quæſt. 6.* quia cùm ſit contra ius diuinum parum prodeſſe poteſt Prælati auctoritas. Quanquam aliud dicendum eſſe cenſent Panor. *in cap. ad quæſtiones nu. 3. de Rer. permut.* & Sylueſt. *in verbo Permutatio 2. q. 6.* & Angel. *in d. verbo. nu. 6.* Caietan. *in ſum. D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 4.* & nouiſſimè

1. 2. 3.

tract.de Probat.concluſ.846.nu.18. motus auctoritate Rebuffi *in Concord. Nub. de Mandat. Apoſt. verb. Litteras,verſ.Item diſpenſatio.* qui ſcribit beneficiũ poſt gratiã ſolo verbo factã, & ante expeditionem bullarum permutari cum alio poſſe,citatque deciſionem Rotæ 882.*incip.Nota quod vbi. in antiq.* vbi beneficium dicitur vacare per mortem illius,cui verbo ſolo collatum fuit, etiamſi haberet tantum ſignaturam ; & ſi iſte collatarius moriatur extra Curiam , dicetur beneficium extra Curiam vacare, licet ante collationem iſti factam in Curia vacaſſet , de quo tamen videatur Gomeſ. *d. Reg. de non toll. ius quæſit. quæſt.1.*

CAP. XXXIIII. SVMMARIVM.

Ignorantia in caſu præſenti excuſat permutantem à Simonia.

QVæro,Titius permutauit beneficium ſuũ cum beneficio Meuij, quod is adſtruebat valere 20.aureis,cùm reuera tanti non valeret, idemq; Titius locat fructus dicti beneficij 20. aureis ignorãs alioqui valorẽ dicti beneficij,an idem Titius committat ſimoniam ? Zerola *in praxi Epiſc.part.2.verbo Simonia §.9.* reſpondet quod non,ſaltem pro tempore quo probabiliter valorem ignorabat,quia ſic ignorans debet excuſari à damno. *cap.2.de Conſtit.*

PARS

PARS TERTIA.

Quæ continet Impedimenta quæ obſtant permutationi, & quædam Miſcellanea.

Cap. I. SVMMARIVM.

1. *In permutatione omnis fraus abeſſe debet.*
2. *Fraus non præſumitur niſi probetur.*
3. *Per eum probanda qui eam allegat.*
4. *Fraus non generatim ſed ſpecificè probanda eſt.*
5. *Dolus & fraus directo probari non poteſt, ſed indiciis & coniecturis.*
6. *Permutatio beneficij pinguis cum tenui, an cenſeatur fraudulenta?*
7. *Coniecturæ quæ ſint vt in permutatione fraus interueniſſe præſumatur.*
8. *Ex coniunctione ſanguinis dolus & fraus præſumitur.*
9. *Niſi alia vehemens circunſtantia illam præſumptionem elidat.*
10. *Remanens in poſſeſſione poſt renũtiationem præſumitur fraudulentus.*
11. *Item quando permutans eſſet decrepitæ ætatis.*
12. *Inſuper ex magna inæqualitate beneficiorum permutatorum.*
13. *Vt ex infirmitate præſumatur fraus ea debet eſſe grauis, nec id tantum, ſed quod eiuſmodi fue-*

 rit

rit tempore initæ permutationis.

14. *Hodie ex Regula Cãcellariæ de Infirmis æger ſuperesse debet poſt 20. dies à permutatione computandos.*

15. *An Regula Cancellariæ de Infirmis locum obtineat in quacumque permutatione, ſiue de æquali, ſeu de Inæquali beneficio.*

16. *Tres præsũptiones vel duæ quæ tribus æquipolleãt ſufficiũt vt reſignatio iudicetur fraudulenta & irrita.*

17. *Non ſubſiſtit permutatio etiam ſine vllis fraudis coniecturis, cũ maxima ſubeſt benef. permut. inæqualitas.*

18. *Fraudis coniecturæ militant tantum quoad expectantes.*

1. PRincipiò, expeditũ eſt cõtractũ permutationis fraude carere deberé *per text. in cap. Licet in tua de Rer. permut. in 6.* ſed quoniã fraus nõ præ-
2. ſumitur, niſi probetur, *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. merito. ff. pro ſocio glo. in c. Sedes de Reſcript.*
3. ſitque per eũ probãda qui eã allegat: *l. patronus. l. qui teſtamẽtũ. ff. de probat. glo. in l. omnes. §. Lucius*
4. *ff. quæ in fraud. cred. & in l. ſi probaueris verbo ſciẽs C. ſi alien. res pignor. data ſit*: idque ſpecificè vt voluit Bart. *in conſil. 63. incip. Petrus Nicole poſt nu. 2. Verſ. His præmiſſis, & alij quos citat Maſcard. de*
5. *probat. concluſ. 815. nu. 6.* cùm ſint diuerſæ fraudes quibus homines circumſcribuntur, occulteque ſoleant committi, eoque directò probari nequeant, *l. dolum. cum ſimilibus. C. de dolo*, videndum eſt ex quibus indiciis & præſumptio-

nibus fraudulenta dicatur permutatio. Et quidem primò controuertitur an ea permutatio cenſeatur fraudulenta, ſeu in expectantis aut Ordinarij fraudem facta, quæ fit de beneficio opimo cum tenui? caſus videtur in terminis, *in cap. Si te. de Renuntiat. in 6.* vbi Pontifex ſtatuit Renuntiationem beneficij magni valoris cum tenui, nullius eſſe roboris, nec nocere expectāti, vtpote quæ ratione inæqualitatis fraudulēta præſumatur, atque ita reſpondit Grauetta, *conſil. 82. nu. 4. & Milis in Repert. verbo Permutatio facta, fol. mei 304.* Ceterùm, nō ita abſciſè intelligenda eſt prædicta conſtitutio, vt ſimpliciter ratione inæqualitatis fraudulēter facta præſumatur, ſed concurrant neceſſe eſt aliquæ aliæ probabiles coniecturæ. *Feliij. in cap. quia veriſimilè. nu. 1. de Præſumpt. Rebuffus in praxi benef. tit. de Permut. nu. 42.* Quæ illæ? vnam ibi Pontifex deſignat, vt quia (inquit) renuntiationis tempore is qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat, propter quod illius præbenda ſeu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur, *cap. commiſſa de Electio. in 6. cap. ex tranſmiſſa de Renuntiat. Card. Tuſchus pract. concluſ. Tom. 6. concluſ. 303. nu. 7. & concluſ. 305. nu. 13.* Addit aliam Pet. And. Gammar. *ad d. cap. Licet. nu. 28.* & Felinus *in d. cap. quia Veriſimile nu. 1.* Si nimirum permutans cum nepote contraxerit: nam tunc 7 8

concurrit ſuſpicio ſanguinis, & regulare eſt quod ex coniunctione ſanguinis dolus & fraus præſumatur. *l. non ſolum ibi DD. ff. de ritu nupt. Grauetta.conſ.82.nu.5.Gail.lib.2.obſer.30.nu.7.Rebuff.in praxi.tit.de permut.nu.45. Abb.in c.1.vlt.not. de Cler.non reſiden. Ioannes And.in d.c. Si te de renuntiat.in 6.* vbi quærit an Clericus ſenex qui permutauit beneficium ſuum pingue cum tenui cuiuſdam nepotis ſui præſumatur ex eo
9. fraus: & reſoluit quòd ſic. Ergo ceſſante conſanguinitatis circumſtantia, ceſſat coniectura, *Anchar.conſil.388.nu. 5.* citatus Menochio *lib. 6. præſumpt. 78. nu. 9. in fi.* Quod tamen accipe, niſi alia vehementior adſit circunſtantia quæ illam priorem elideret, *Gammar.ad d.cap.licet.nu. 21. ibique Geminia.nu. 22.Fran.Marcus deciſ. 1125. nu. 2.* vbi ſubijcit eiuſmodi præſumptiones ſaltem allegari debere, *per not. Bart.in l. Si adulterium cum inceſtu §.Idem Pollioni ff.de Adulter.* Adde & aliam fraudis coniecturam ex Rebuffo *d. tit. nu. 46.* nimirum, cum is qui renuntiat
10. ſemper remanet in poſſeſsione beneficij reſignati, *l.ſicut. §.Superuacuum ff.quib. mod. pig. vel hypoth.ſol.Pariſ.conſ.130.nu.6.lib.2.* quam coniecturam in magno habet Innocen. *in cap.1. de cler. non reſid.* & Bart. *in l. poſt contractum in 6. coniectura ff. de donat.* Amplius, fraudis coniectura
11. arguitur ex permutantis ſenectute, vt decidit Rota *deciſ.2: aliàs 361. de Præſumptio. in antiq. Bertrandus conſ.311.nu.2. vol.2.Io.And. in repet. cap.1. nu.2.*

nu.2.part. de Rer. permut. in 6. ſenectute dico capulari, ſeu decrepita, *Menoch.d. præſumpt.78.nu. 11. Rebuff.in Concordata tit. de Collatio. §. Volumus verbo Vacantia.* Poſtremò, fraudis ſuſpicionem inducit, ſi fiat permutatio cum beneficio vel 12.
capellania ficta, vel Canonicatu qui nullius erat momenti: quia iactare ſuum quis in dubio non præſumitur, *l. cum de indebito ff. de Probat. Rebuff.ad Reg.de Infirm.Reſig.tit.de Permut.nu.44.* talemque permutationem irritam declarauit Pius IV. *in conſtit. publicata anno 1564. Ianuarij die 27.* & Senatus Pariſien apud Paponem *lib.2. arreſt.tit.7. arreſto 1.* Prætereà, fraudis coniectura inducitur, quando fuit facta clam & ſecretò, ita poſt Barbat. *conſ.90.lib. 4.* Rebuff. *in Concord. tit. de Collatio. §. Volumus, verbo Vacantia, verſ. prima eſt quãdo.* Menochius, *d. præſumpt.78. nu.16.* Alias ſimulatæ permutationis cõiecturas videre poteris remiſsiuè apud eundem Rebuffum *d.loco.* Declara tamen primam coniecturam vt ex ea arguatur fraus, neceſſe omnino 13.
eſſe allegare & probare ipſo reſignationis & permutationis tempore morbum fuiſſe grauem, & quidem talem, vt medicorum iudicio æger moriturus iudicaretur, alioqui altero ex his requiſitis deficiente non obtinebit Actor, *Io.de ſelua tract.de benef.part.3.quæſt.18.nu. 1. in fi. Maſcard. tract.de Probat.concluſ.1177 nu.3. & ſeqq.* Quod extende vt procedat etiam ſi permutans deceſſerit intra tres dies, Card. Tuſchus *d.tract.*

14 *concluſ.310.in fine*.. Sed hodie ex Reg. Cancellariæ XVIII.de Infirmis renuntians vel permutans in infirmitate debet poſt viginti dies à permutatione ſupereſſe, vt ſubſiſtat permutatio, alioquin vitiatur & pro nulla habetur, ita quidem vt non liceat permutanti propria auctoritate ad ſuum redire beneficium, ſi nempe æger intra viceſimum diem à die permutationis computandum deceſſerit,per ea quæ tradit idem Rebuffus *ad. d.Reg. de Infirm. benef. reſign. in glo. Verbi ſiue ſimpliciter ,ſiue ex cauſa permuta-*
15. *tionis.* ſiue permutatio fuerit facta de beneficio opimo cum tenui;ſiue de æquali,quicquid in contrarium ſcribat Gomeſius *ad 4.Reg.quaſt. 19.* quia illius opinionem non ſequitur Rota , *Achilles de Graßis deciſ. 376.* qua de re pluſcula ſcripſi ad d. Regulam XVIII.ſiue eius Gloſſographum Alphonſum Soto. Poſtremò,declara
16. quæ de præſumptionibus fraudis hactenus dixi,ſufficere præſumptiones tres vel duas, quarum vna æquipolleat duabus,*vt in d.cap. Si te in fi.de Renunciat.* ad hoc vt reſignatio vel permutatio iudicetur frauduléta,& nihilominus beneficiũ impetrari poſsit,*Glo.pragmat.tit.de Collat.§.10.Item quod omnia,verbo Permutationis. Bellam.deciſ.314.Pet.Anchor.conſ.388.Stephan. Bertrã. conſ.311.lib.2.Crauetta cõſ.8 2.Cepola tract.de ſimul. cont.in 6.caſu principali cap.2.cum ſeq.Decius conſ.*
17. *167.nu.2.* Quanquam etiam remotis omnibus fraudis cõiecturis quæ exurgũt ex cauſsis prædictis,

dictis, ſi maxima ſit beneficiorum permutatorum inæqualitas, qualis fuit Glauci & Diomedis, vt eſt in prouerbio, hoc eſt vt ne pro centeſima parte beneficium vnum alteri reſpõdeat, ſunt qui eiuſmodi permutationem non valere adſtruant, *Boetius Epo, tract. de Satur. perm. benef. iur. nu. 48.* cùm tales permutationes nihilo meliores ſint imaginariis & fraudulentis contractibus qui de iure non ſubſiſtunt, *l. nuda 55. l. ſi quis l. cùm in venditione ff. de Contrah. empt. l. qui per colluſionem ff. de actio. empt. l. 20. l. 46. ff. locati.*

Aduerte tamen, prædictas fraudis coniecturas ad hoc vt præſumatur fraudulẽta permutatio, locum demùm habere quoad expectantes, non etiam Ordinarios, alióſve qui ius inſtituendi vel præſentandi habẽt, vt benè notauit Menochius *lib. 6. de Præſumpt. præſumpt. 78. nu. 2.* vbi ait, quod quando facta eſt renunciatio vel permutatio beneficij auctoritate Superioris & de nullius præiudicio agitur, quippe nullus adeſt expectãs primũ vacaturũ, renũciatio vel permutatio eo caſu nõ præſumitur fraude facta, ita à cõtrario sẽſu probat *d. cap. Si te de Renũciat. in 6.* Nũc autẽ cũ nõ adſint expectãtes, expectatiuæ enim ſunt ſublatæ à S. Concilio Triden. *ſeſſ. 24. de Refor. cap. 19.* iſtæ fraudis coniecturæ permutationum videntur ceſſare. *Nicol. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 4. nu. 102.* excepta fraudis cõiectura, quæ exſurgit ex permutatione quæ fit cum beneficio ficto ſeu nullius momenti: quia 18.

Pius IV.in Conſtit.ante memorata declarauit eiuſmodi permutationem nullam & irritam, vt ſuprà diximus.

CAP. II. SVMMARIVM.

1. *Permutatio non ſubſiſtit ea lege inita vt compermutans ſuppleat inæqualitatem beneficij fructibus permutati beneficij, vel aliqua alia re temporali.*
2. *Etiamſi interueniat auctoritas Superioris, Limita vt nu.3.& 4.*
5. *In permutatione, de qua hic, cauendum ne pactum tituli cum pacto prouentuum miſceatur.*
6. *Exceſſus vnius præbendæ non poteſt compenſari pecunia, ſi exceſſus ille cum ſuo titulo annexus conſideretur.*
7. *Penſione an poſſit compenſari inæqualitas beneficij permutandi?*
8. *Penſio quæ aſſignatur ex cauſſa reſignationis,ne reſignans ex ea nimium diſpendium patiatur,eſt quid temporale.*
9. *Habet tamen quid ſpiritualitatis annexum.*
10. *Ex Conſtitutionibus Pij V. & Sixti V. penſionarij tenentur deferre tonſuram, & habitum clericalem,& legere horas B.Virginis.*
11. *Penſiones reſeruatæ vt ſuprà, cenſentur ex dictis Cōſtit.dari & reſeruari titulo Eccleſiaſtico.*
12. *Et proinde poſſunt permutari.*
13. *Ordinarij ſeu Epiſcopi non aliter penſionem reſeruare*

ſeruare poſſunt, niſi ad onus eius qui penſioni conſentit.

14. *Et extinguitur morte alterutrius.*

15. *Morte reſignatarij coram Ordinario, extincta eſt eorum obligatio qui pro penſionario fideiuſſerunt.*

16. *Diuerſitatis ratio cur inæqualitas fructuum poßit compenſari penſione, non etiam pecuniâ.*

17. *Penſio non eſt quid merè temporale ſecundum Nauarrum.*

18. *Penſio vendi aut transferri non poteſt ſine Pontificis auctoritate.*

19. *Penſio dependet ex ipſo beneficio, neque nudo nomine fructuum cenſetur.*

SVccedit affinis quæſtio prçcedēti: an ſubſiſtat permutatio beneficij maioris valoris cū beneficio minoris valoris, hac lege vt fruct⁹ excedētes prouentus minoris beneficij ſoluantur compermutanti? Reſpondet Nauar. *conſil. 50. lib. 5. de ſimonia.* non ſubſiſtere, imò tam mediatores quàm permutantes incidere in ſimoniam realem & excommunicationem Papalem per Extrauag. 2. de Simonia. Nec auctoritas Superioris ſanaret vitium eiuſmodi permutationis, teſte Silueſt. *in verbo Permutatio 2. quæſt. 6.* quia cùm ſit contra ius diuinum parum prodeſſe poteſt Prælati auctoritas. Quanquam aliud dicendum eſſe cenſent Panor. *in cap. ad quæſtiones nu. 3. de Rer. permut.* & Sylueſt. *in verbo Permutatio 2. q. 6.* & Angel. *in d. verbo. nu. 6.* Caietan. *in ſum. D. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 4.* & nouiſsimè 1. 2. 3.

ſimè P.Leſsius *tract. de Iuſt. & iure lib. 2. cap. 35. Dub. 17. nu. 102.* ſi contrahentes nullo modo intendant dare fructus vt pretium pro ſpirituali titulo: quia licet in eiuſmodi permutatione ſint coniuncta ſpirituale & temporale, fructus videlicet & titulus, intentione tamen diſtingui poſſunt, licet vno actu & contractu ſimul fiat, *Redoanus tract. de ſimonia, part. 3. cap. 12. nu. 2.* His tamen non obſtantibus, quæ alioqui probabilitatem aliquam præ ſe ferunt, grauiſsimosque ſuos habent aſſertores, crediderim priorem illam ſententiam veriorem & tutiorem eſſe, quam etiam probat & ſequitur cum Couar. Lopez, & alij citati Frãciſco Suarez *lib. 4. de Virtute & ſtatu Relig. cap. 34. nu. 9.* qui tamẽ

4. ſubijcit *ibid. nu. 12.* poſteriorem ſententiam vno modo extraordinario poſſe ſuſtineri, videlicet ſi talis contractus auctoritate Papæ fiat, non quidem per modum propriæ permutationis, vel diſpẽſationis, quæ in ius diuinum non cadit, ſed per commutationem factam ex parte materiæ, & quaſi nouum ius ex parte ipſarum rerum inſtituendo: licet periculoſæ ſint meo iudicio iſtæ permutationes; cum palliatam genere quodam ſapiant hæc pacta ſimoniam.

5. Ideò cauendum, ne hi contractus miſceantur, vt ait Pontifex in d. cap. ad quæſtiones, de Rer. permut. quod fieret ſi in permutatione titulorum apponeretur pactum, de permutatione prouentuum & compenſatione. Aliàs ſeparato titulo

titulo à fructibus, dubium non eſt quin Pontifex ex iuſta cauſſa poſsit inæqualitatem illam pecuniâ ſupplere, vel aliqua alia re temporali, *vt eſt text. in cap. Ad quaſtiones, de Rer. permut.* vbi Clemens III. approbat permutationem duarum Eccleſiarum parochialium compenſato exceſſu opulentioris pecuniâ, vt poſt Anchor. *conſil. 279. nu. 1.* probat Nauar. *conſil. 43. de ſimonia.* Licet Adrian. *quodlib. 9. art. 3. ad 5.* & Couar. *lib. 1. Var. cap. 5. nu. 8. & 9.* contrarium tenere videatur. Verum hoc iſti duntaxat volunt, non poſſe pecuniâ compenſari exceſſum illum, ſi conſideretur vt manens annexus ſuo titulo; quod verum eſt: quia hac ratione eſt quid ſpirituale, pro quo nihil dari poteſt, Leſsius *d. cap. 35. Dub. 17.* ſed ſi exceſſus ille vt quid ſeparatum à ſuo titulo conſideretur, haud dubium eſt quin pecuniâ vel penſione aliqua ex fructibus deſumenda compenſari queat: cùm hoc non ſit pretium beneficij, aut prouentuum annexorum, ſed conditio quædã neceſſaria, vt me ſeruẽ indemnem, ſine qua indẽnitate nolo cõmutare, *Leſsius d. Dub. 17. nu. 102.* & eatenus conciliari poſſunt diſſentientes DD. opiniones. In penſione dubitatur, an per illam compenſari poſsit inæqualitas beneficij permutandi Papæ vel Ordinarij auctoritate? Dixi ſuprà cap. XVIII. part. II. penſionẽ Clerico aſsignatã in titulũ beneficij permutari poſſe: ſecus de penſione reſeruata ſuper fuctibus beneficij,

6

7

ne

ne reſignans nimium ex reſignatione detrimẽtum patiatur: vtpote quæ ſit quid merè temporale nihil habens ſpiritualitatis annexum,
8. vt ſcribit Gigas *de Penſio.quæſt.87.& 99.* Rebuff. *in repet. cap. Extirpanda §. qui verò, de Prabend.not. 6.in fi.* Duarenus *lib. 6. cap. 4. §. annua huiuſmodi.* Redoanus *de Simonia part. 2. de Simonia cap. 14. nu.15.* Burſatus *conſil.126.nu.90.ad fi. lib. 2.* Licet non deſint multi grauiſsimi auctores qui mo-
9. dò dictam penſionem permutari poſſe cenſeãt cũm non ſit merè temporalis, ſed annexa ſpirituali quamuis principaliter ſit ius temporale, *Nauar.conſil.63.de Simonia nu. 5. Marcheſan.de Commiſſio.part.2.cap.4.nu.60. Rota deciſ.139. lib. 3. part.3.diuerſ.& in vna Britorien coram D.Gipſio 12.*
10. *Decemb. 1588. & 3. Maij 1589.* Maximè attenta Conſtitutione 71. Pij V. de Reuocatione priuilegiorum circa penſiones Laicorum, Bigamorum & Clericorum coniug.& Conſtit. 138. eiuſdem Pij V.& Conſtit.Sixti V.de Habitu & tonſura,&c. quibus tenentur Clerici obtinentes penſiones deferre tonſuram & habitum clericalem,& legere Officium paruum B Mariæ, ex ſtylo Curiæ notiſsimo, de quo Redoanus
11. *de Simonia 2.part.cap.14.* Ideoque videntur iam poſt dictas Conſtitutiones Penſiones iſtæ dari & reſeruari titulo Eccleſiaſtico, vt notauit Enriq. *in Sum.lib 13 cap.13.§.2.* & ſic permutari
12. cum beneficiis, vel per eas inæqualitatem beneficij permutandi compenſari poſſe, *Boetius*

Epo.

Epo in cap Cùm olim nu.104. & 105. de Rer. permut. Et hæc quidem vera ſunt in Papa au&ctorante Permutationes & Penſiones reſeruante, non etiam in Ordinario, vt infrà dicam Cap. VII. & ita ſe habet ſtylus Rom. Curiæ teſte Garcia *tract. de Beneficiis part.1.cap.5.nu.345* Ordinarius enim poteſt duntaxat cum iuſta cauſſa penſionem ad coæquandos beneficij fructus, & ad vitam eius cui reſeruatur duraturam reſeruare; ſeu ad onus eius qui penſioni conſentit, vt ex facto reſpondit D. VVameſius *tom.1.conſil.264. nu.1.* Ideoque vt morte penſionarij, ſic etiam morte eius qui conſenſit, & penſione ſe grauari permiſit extinguitur penſio; præſertim illa quæ loco alimentorum nō eſt reſeruata, VVameſ. *d.conſil.264.* vbi *nu.2.* ſubijcit morte reſignatarij vel compermutantis extinctam quoque eſſe fideiuſſorum obligationem. In reſeruatione autem penſionis per Papam, ad illam obſtringitur etiam ſucceſſor in beneficio, Gigas *de Penſio.cap.44. Lud. Roma. conſil. 388.* Vnde efficio, ceſſantibus prætactis limitationibus inæqualitatem beneficij permutati compenſari non poſſe pecunia, vel fructibus alterius beneficij melioris. Imò tales permutantes ſimoniam realem committere, nec facere fructus ſuos, vt rectè quoque notauit Redoanus, *tract. de Simonia. part.3.cap. 8. nu. 4.* Sed quæri, ſi poſteriorem illam ſequamur ſententiam, non incommodè poteſt, cur per conſtitutionem penſionis

13 14 15 16

ſionis

ſionis compenſari magis poſsit inæqualitas illa beneficiorum permutandorum, quam per numerationem pecuniæ præſentis, vel ſemel interuenientis, cùm tamen penſio quoque conſiſtat in pecuniis? Quæſtionem hanc tractat & eleganter ſuo more ſoluit Boëtius Epo *in cap. Cùm olim nu.102. de Rer. permut.* Nimirum cõpenſationem talem de fructibus & obuentionibus ipſius beneficij depromendam, ſic delibari, vt naturam beneficij ſpiritualem quadãtenus retineat, vt non tam temporale quid pro beneficio pinguiori vicisſim rependatur, quàm ſpirituale quid aut ſpirituali annexum, ſaltem dependenter aut conſequẽter, vt explicationis clarioris ergò loquitur Nauar. *in ſuo Manuali*
17. *Confeſſ. cap.23. nu.111. in pr.* vult enim penſionem beneficialem eſſe, non quidem beneficium, nec etiam portionem fructuum beneficij nudã, ſed ius quoddam ſpirituale vel illi annexum non antecedenter inquit, vt iusPatronatus, ſed conſequenter inſtar beneficij. Quæ doctrina non planè contẽnenda videtur: et ſi eam ſequamur, infertur pẽſionẽ talẽ ſemel canonicè legitimèque creatã vẽdi citra Simoniæ labẽ non poſſe,
18. non magis quã vel ius Patronatus, vel ipsũ beneficiũ Eccleſiaſticũ: præthereà nec redimi aut trãsferri poſſe citra S. Põtificis conſenſũ, licet gratis remitti poſsit. *Flam. Pariſ. lib.6. de Reſig. q. 2. nu.124. Vgol. de Simonia tab. 1. de Simoniæ genere c.28. §.3. Zerola in praxi part. 2. verbo Penſio.* Qua quidem

quidem de redẽptione vehemẽs fuit hactenus inter tum Theologos, tum iuris Pontificij DD. contentio, ſicut apud Adrianũ Pontif. *in Quodlubetica quæſtione 9. art. vlt. verſ. ad quintũ* à Couar. laudatũ *lib. 1. Var. reſol. cap. 5.* & Caietanum *in Opuſculo Reſpon. 16. & quæſt. quodlubet. de Simon. 4.* & apud Dominicum Soto *lib. 9. de Iuſtitia & iure quæſt. 7. art. 2. concluſ. 3.* & apud Hieron. Gigan. *tract. de penſio. Eccleſiaſt. quæſt. 87. & quæſt. 99.* & apud Rebuff. *tract. de pacif. poſſeſ. nu. 132.* denique apud quãplurimos alios eſt videre. Ex quibus & etiã Pontificũ Cõſtitutionibus ſuprà adductis, infero penſionẽ Eccleſiaſticã creari poſſe 19. in cõpenſationẽ inæqualitatis beneficij: cũ penſio eiuſmodi, vt prædixi, dependeat ex ipſo beneficio, neque nudo fructuũ nomine cẽſeatur. Quo poſito, corruũt rationes Gigãtis *de Penſio. quæſt. 33. 87. & 99.* & per nos alibi minus ſatis conſideratè probatę, dicentis penſionem beneficialem temporale tantum quid eſſe: licet ille *d. quæſtio 99.* videatur propendere in tutiorem partem, videlicet vbi periculum animæ timetur, eam partem eſſe tenendam quæ durior eſt & fauet animæ: imò quæſt. 87. inuehitur in eos tanquam ſimoniacos, qui penſiones Eccleſiaſticas ea ſibi reſeruant intentione dum beneficia reſignant, vt certis penſionibus anticipatis penſionum earundem ius extinguatur.

CAP.

Cap. III. Svmmarivm.

1. *Permutatio beneficij cum illius retardatis canonibus facta cum altero beneficio non ſubſiſtit.*
2. *Fallit, niſi facta fuerit auctoritate Papæ.*
3. *Beneplacitum Papæ purgat omnem Simoniæ labem.*
4. *Contrahentes quomodo licitè poßint diſponere de fructibus ſeu canonibus retardatis beneficiorũ.*
5. *Conuentio ſuper fructibus lite non cœpta ſimoniaca eſt.*

VSu venire poteſt vt litigatori ex ſententia Iudicis declaratoria victus debeat cedere beneficio, fructusque perceptos reſtitue-
1. re, an igitur victor ius illud ſibi adiudicatum cum dictis fructibus permutare poſsit cum altero beneficio? Negat Nauarrus *conſ. 49. de Simonia.* quod ius illud habeat annexum quid temporale, quod pro altero beneficio permutari non poteſt, vt patet ex definitione ſimoniæ data à gloſſa *1. q. 1. c. In ſumma.* Niſi pactum fue-
2. rit cum beneplacito Papæ, cuius auctoritas abolet omnem ſimoniam, quoad illius pœnas. Nam beneplacitum Papæ reſeruatum operatur
3. ne contrahentes incurrant ſimoniæ pœnas, *Decius conſ. 141. nu. 2. verſ. gloſſa tamen Feli in c. ad audientiam 2. nu. 3. verſ. quod autem de Reſcriptis. Pariſ. conſ. 30. nu. 5. & 6. vol. 4.* Notat præterea Na-
4. uarrus *dicto loco* de eiuſmodi fructibus contrahentes

hentes poſſe diſponere per duo diſtincta pacta, quorum alterum ſit permutatio beneficiorum ſine promiſsione emendi & vendendi prædictos fructus, alterum vt abſoluta permutatione fiat demum emptio & venditio dictorum fructuum: nam permutationem inire, cum implicito vel explicito pacto quod compermutanti cederent iſti fructus, ſimoniam omninò ſaperet, vtpote quod annexum habeat quid temporale cum ſpirituali. *ad not. Mohedan. deciſ. 5. de ſimonia.* vbi dicitur quod conuentio facta inter Matheum & Georgium ſuper beneficio, vt Matheus reſignaret omne ius ſibi in dicto beneficio competens in fauorem Georgij, qui promiſit dare pro fructibus & expenſis litis certas pecunias & equum, fuerit ſimoniaca, & quod quidam tertius excluſerit Georgium à iure beneficij, quia lite non cœpta non poterant eſſe expenſæ, & ſic non poterat promitti pecunia ratione expenſarum: & licet pecuniæ darentur pro re temporali, puta propter fructus & expenſas, & ſpirituale pro ſpirituali, hoc eſt vnum beneficium pro alio, tamen fuit deciſum totam conuentionem fuiſſe indiuiduam, & totum & quamlibet rem quæ datur ex vna parte, datũ præſumi pro toto quod ex altera parte datur, quia eſt correſpectiuum, *not. Felij. in cap. Paſtoralis de Reſcript. v. cap. Cùm pridem de pact.* Aliud eſſet ſi iſti contractus non miſcerentur, ſed ſeparatis pactis expediretur 5.

N ceſsio

ceſsio vel permutatio, vt ſuprà oſtendimus *cap.11.nu.5.& ſeqq.*

Cap. IIII. Svmmarivm.

An ſubſiſtat permutatio eo animo inita, vt alter permutantium permutationem non impleat, ſed vtrumque beneficium retineat? & quædam de pluralitate beneficiorum.

NEc ſilentio inuoluenda eſt elegãs quæſtio quam Boëtius Epo Anteceſſor in Academia Duacena eo opuſculo cui titulum fecit, de Saturnino permutationis beneficialis iure, præclarè tractat, nimirum quid de tali ſentiẽdum ſit permutatione, qua permutãtes ita ſunt animo comparati, vt poſtquam alter eorum alterius beneficium acceperit, alter viciſsim alterius beneficium non recipiat, ſed alter vtrumque retineat, altero videlicet alteri lubẽter gratificante, nulla tamen interueniente, dũ permutationis cõtractus iniretur pactione vel conuentione vlla expreſſa de non vrgẽda permutationis impletione. Res exemplo fiet illuſtrior. Quidam A. mediocre poſsidet beneficium Eccleſiaſticum: B. tenue qooddam poſſidet beneficiolum. Vacat aliud beneficium vehementer opimum, cuius collator Ordinarius id optaret conferre eidẽ A ſi modo eiuſdem A. beneficium illud mediocre deriuatum foret

foret in eundem B.citra beneficioli quod iam habet amiſsionem. Sed quia beneficium illud illius A.non pertinet ad collatione huius Collatoris,at alterius alicuius, res per Collatorem hunc(vtrique tam A. quàm B. gratificari deſiderantē)confici nō poteſt:Quod ſi verò A. beneficiū illud mediocre,ſuū reſignaretin manus Ordinarij ſui collatoris, eique cōmēdaret hūc B.collator ille præterito forſitā illo B.conferret illud alteri cuipiā. Quid ergo remedij? ſimulat A.cōpermutationis cauſſam cū B. vel etiā reipſa permutationis cōtractū ſoléni more cum B.init,ſed ea tamen mente, (ſicuti dictum fuit)vt poſtquam B.acceperit hoc beneficium A. non ſit deſideraturus vt vicißim ſibi permutatio impleatur, quoad alterius beneficioli redditionem per B. Proculdubio talis permutatio tanquam vel ſimulata vel fraudulenta viribus deſtituetur. Quandoquidem, quatenus eſt ſimulata, non poteſt eſſe vera, ſed minus quàm imaginaria (ſimulatum ſcilicet nihil habet veri, ſed imaginarium ſaltem aliquid habet veri)quatenus eſt fraudulenta,iniuriam affert Ordinario Collatori.Itaque priore caſu prorſus erit nulla ; poſteriore, erit iniuſta. Quamobrem, alia ratione conſulendum fuerit huic B. nimirum , vel per Collatoris Ordinarij ſpontaneam voluntatem , vel illo recuſante , per Summi Pontificis operam. Sanè ſi ſeriò vterque fuerit celebratus

permutationis contractus, hoc eſt ea mente vt vicisſim beneficium pro beneficio redderetur, ſed poſt impletam ab altero permutationem, tunc demum is qui eam impleuit alteri remiſerit eius impletionem, verius eſt hanc remisſionem non improbari, cùm nihil vnquam fraudis interuenerit contra Collatorem ordinarium, atque liberum ſit vnicuique iure ſuo non vti. Sufficit enim contractum ab initio ſubſtitiſſe: quemadmodum in emptione & venditione, ſi de certo pretio conuenerit ab initio, poſtea autem perfecto iam contractu pretium remittatur, contractus emptionis & venditionis nihilominus valebit & perdurabit, vt & alij contractus: quia propter hanc remisſionem non cenſebuntur imaginarij, ſed quod cœterà nihilominus ex iis agetur, *l. Empti C. de Contrah. empt. l. Circa locationes 19. C. de locato & cond. l. Si tibi habitationem 5. ff. locati.* vbi ſi domus locetur, & mox penſio remittatur, nihilominus ex locato & conducto agendum eſſe reſpondet IC. Attamen in beneficiorum permutatione remisſio talis, alium poteſt, ac meritò debet, animo remittẽtis gignere ſcrupulum, ſeu coaggerationis, ſeu accumulationis, ſeu coaceruationis, ſeu multiplicitatis, ſeu pluralitatis, (vt cum noſtris loquar) beneficiorum fouendæ, cuius mali per huiuſmodi remisſionem fieret auctor & comprobator, huiuſmodi compermutator tam liberalis, cō-

tra

tra iuris omnis,etiam nouiſsimo Cōcilio Triden. renouati ratiomē, *Seſſ.24.cap.17.de Reform.* niſi tam tenue fuerit vnum beneficium vt ad vitam eius cui confertur ſuſtentandam non ſufficiat. quo caſu permittitur aliud adhuc ſimplex beneficium ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. qua de re multa poſt D. Thomam,Dominic. Sotto *lib. 3. de Iuſtitia & iur. quaeſt.6.art.3.& Canoniſtæ in cap. De multa, de Præbend.* Atque hanc quæſtionem ita terminauit idem Boetius Epo,qui quoque ex Auctore faſciculi temporum refert ſolennem fuiſſe Pariſiis diſputationem contra pluralitatem beneficiorum, ibique inter Sanctos DD. anno Domini 1238. tandem determinatum fuiſſe, neminem ſine periculo peccati mortalis poſſe tenere duo beneficia, quorum alterum ſufficeret ad vitam ſuſtentandam; quoſdam verò qui ſecus opinati contrarium feciſſent,diuinæ Iuſtitiæ flagello diuerſis in locis punitos, vt exemplis variis comprobat idem auctor.

CAP. V. SVMMARIVM.

1. *In permutationibus beneficiorum non eſt locus remedio l.2.C.de Reſcind.vend.*
2. *Aliud dicendum niſi permutans dolo compermutantem deceepiſſet.*

3. *Aliud etiam dicendum in minore permutante vel etiam renunciante.*

4. *Minor in beneficialibus pro maiore habetur.*

5. *Minori cùm agitur de damno vitando non currit triennij præſcriptio, de qua in Reg. de Triennali.*

6. *Vbi agitur de damno vitando ſtrictior ſumenda eſt interpretatio.*

7. *Media pars iuſti pretij quæ dicatur.*

AN in permutationibus beneficiorum locus ſit auxilio *l. 2. C. de Reſcind. vend.* diſcutit exactè Couar. *lib. 1. Var. reſol. cap. 5. nu. 3.*
1. quo in loco ſcribit reſciſsioni permutationis locum non eſſe etiamſi læſio fuerit vltra dimidiam, motus auctoritate Baldi *in l. 2. C. de Reſcind. vend. 29. fall. ibi Anchor. nu. 12. & Imo. nu. 24.* Decij *conſil. 201. nu. 8.* Et ratio eſt, quia pecuniarum additionibus in penſationem ſeu ſupplementionem permutationis iniuſtæ locus eſſe non poteſt, vt docta & ſubtili Minerua reſoluit Couar. *d. cap. 5. nu. 8.* addo aliam ex Rebuffo *ad Conſtit. reg. tom. 2. tract. de Reſciſſ. contract. art. vnico glo. 15.* quia nimirũ compermutans titulũ nõ habet à parte, ſed à Superiore, *Anchor. & Imol. in cap. Cum cauſſa de Emptio. Decius conſ. 220. Viſo puncto, in 1. dubie. Probus in addit. ad Io. monach. in c. fin. de Renũciat. in 6.* Limita hãc doctrinã primò, niſi
2. pars dolo decepiſſet partẽ, aſſerẽdo maiorẽ valorẽ beneficij, *per cap. Cũ vniuerſorũ de Rer. perm.*

Ant

Ant. de Burgos in cap. Cum cauſſa col. pen. qui allegat Panor. in cap. ex parte de Reſtit. ſpoliat. Rebuff. d. loco. 3.
Limita ſecũdò, vt non procedat in minore permutante vel renunciante, etiamſi alioqui beneficium illud poſt eam renunciationem alteri ſit collatum, *Vincent. in cap. Ex litteris & cap. Conſtitutus de In integ. reſtit. Imo. in cap. Ex parte de Reſtit. ſpol.* Nec obſtat quod minor in beneficialibus pro maiore habeatur, *d. cap. ex parte cap. Si damnum de Iudic. in 6.* quia non facit quo minus reſtitui debeat, vt apparet in Eccleſia, quæ licet poſsit agere & hoc reſpectu reputetur maior, tamen, ſi decipiatur, reſtituitur vt minor *cap. 1. & 2. de In integ. reſtit. facit Clem. 1. ibique DD. de In integ. reſtit.* Hinc dicitur quod minori non currat triennium de quo in Reg. de Triennali: quando tamen agit de damno vitando vt quia non habet niſi vnum beneficium quod fortè cum alio permutauit, & illo euicto beneficium quod dedit ab alio triennij ſpatio poſſeſſum fuit, tum licet dè rigore iuris obſtaret iſta exceptio triennalis per dictam Regulam inducta, iuxta nor. Innoc. qui tamen loquitur indiſtinctè ſiue agatur de damno vitando, ſiue de lucro captando, tamen de æquitate Canonica, quæ in Rota multum attenditur in materia beneficiali, dicendum eſſet contrarium: quia vbi agitur de damno vitando debet fieri ſtrictior interpretatio, ne aliquis iniuſtè 4. 5. 6.

damnum patiatur, *Gomeſ. ad Reg. de Trienali quæſtio. 15. per l. fin. §. In computatione C. de Iure delib. Bart. in l. fin. C. In quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ. & in l. etiam ff. de Minor.* Porrò dicetur læſio
7. ſeu deceptio vltra dimidiam iuſti pretij, ſi beneficium datum valuerit decem, acceptum autem per compermutantem valuerit duntaxat quinque: quo caſu locus erit remedio *d. l. 2.* Si minor læſus fuerit, vel maior ſi dolo aduerſarij fuerit circumuentus, vtputa ſi alter permutantium perſuaſerit alteri ſuum beneficium eſſe tanti, & non ſit verum, tunc reſcindetur permutatio, *d. cap. Cùm vniuerſorum.* vel agetur vt impleat quod promiſit ratione inæqualitatis, *cap. ad quæſtio. de Rer. permut. Rebuff. ad Concordata tit. de Collat. §. Volumus.*

Capitis VI. Svmmarivm.

An Ordinarius poßit recipere permutationem, ſic inter duos factam, vt alteri per commutationem beneficij opimi cum tenui non remaneat vnde commodè ſeſe ſuſtentare poßit.

Qvæſtionis eſt, an Ordinarius permutationem ſic inter duos initam recipere queat vt ex ea non remaneat, aut ſuperſit alteri vnde commodè ſeſe ſuſtentare poſsit? Diſtinctione quæſtio ſoluitur. Aut enim in ſacris eſt conſtitutus

tutus ordinibus is de quo quæritur, aut non. Priori caſu abnuendum eſt poſſe, ex Piana conſtitutione 58. quæ incipit: *Quanta Eccleſiæ.* publicata Romæ anno 1568. in verbis: ***Sed nec horum vllus.*** Et ratio eſt, quod hi qui ſunt in ſacris Ordinibus conſtituti, cogantur per eiuſmodi reſignationes & permutationes egeſtatem ſuſtinere in opprobrium & dedecus ordinis ſacri. Secundo caſu, ſi in ſacris non ſit conſtitutus, ſubſiſtet permutatio, cùm ratio dedecoris Eccleſiaſtici ceſſet. *Card. Pariſ. conſil. 40. nu.3 vol.3.* Et ſic cùm ceſſet ratio, ceſſat quoque conſtitutio. ita in ſimili quadam conſtit. Pij II. argumentatur & latè probat Mandoſ. *in Reg. de Malè promot. quæſt.1. col. vlti. Qua de re vide plura apud Nicol. Garciam tract. de Benef. part. 2. cap. 5. nu.165. & ſeqq.*

CAP. VII. SVMMARIVM.

1. *Num penſio conſtitui poßit propria auctoritate ſoluenda ei qui beneficium permutauit maioris valoris cum pacto anticipatæ ſolutionis?*
2. *Quid ſi Ordinarij conſenſus interueniat?*
3. *Quando & quibus caſibus poßit Ordinarius penſionem reſeruare?*
4. *Si conuentio ſimoniaca adimpleatur, mediator ipſe, nedum contrahentes incidit in ſimoniam & excommunicationem.*

5. Pen-

5\. *Penſio constituta ſine cauſſa per Papam ſubſiſtit, ſecus ſi per Ordinarium.*

ERuditiſsimus ille Nauarrus ex facto con-
1\. ſultus reſpondit negatiuè *conſil. 50. nu. 3. lib. 5. de ſimonia.* ſimoniacum videlicet eiuſmodi eſſe pactum inter compermutantes initum, quo alter propria ſibi reſeruat auctoritate fructus excedentes, vel penſionem pro adæqua-
2\. tione fructuum. Quid autem ſi auctoritas accedat Ordinarij? Idem dicendum eſſe docet Vgolinus *de Simonia tab. 1. de ſimon. genere cap. 27. §. 1. nu. 3.* Corradus *in Reſpon. caſuum conſc. quaſt. 42. in addit.* Zechus *de benef. & penſio, cap. 11. nu. 5. & 10. nu. 2.* Lud. Carbo. *de Reſt. quaſt. 60. d. 17.* qui ait, quod in permutatione quādo beneficia eſſent imparia liceat per penſionis ſolutionem conſtituere æqualitatem; verùm cùm permutatio fit auctoritate Ordinarij, non poteſt conſtitui penſio, aut reſeruatio fructuum ſine auctoritate Papæ, vt habet ſtylus Curiæ: nec ab iſtis diſsidet Azorius, dum dicit Ordinarium penſionem imponere non poſſe; cùm prohibitum ſit iure communi beneficia cum diminutione conferri, *cap. 1. Ne benef. cum diminut. cōfer. Azorius part. 2. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 29. verſ. decimoſexto quæritur.* In quo tamē videtur ab Azorio diſsidere idem Nauarrus *conſil. 43. nu. 4. de ſi-*
3\. *monia. lib. 5.* Sed ita conciliari poſſunt, vt Epiſcopus non aliter poſsit penſionem imponere, niſi

niſi ſubſit iuſta cauſſa, *Nauar. conſ. 63. nu. 2. de Simonia.* puta ad coæquandos vt dixi fructus vtriuſque beneficij permutati, idque ceſſante pacto, *Gonzales ad Reg. 8. Cancell. glo. 14. nu. 38.* vel pro bono pacis, aut ſtudio alicuius ſcholaris pauperis, vel in vtilitatem Eccleſiæ, vel ex alia rationabili & honeſta cauſſa, vt multis auctoritatibus comprobat idem Gonzales, *ad d. Reg. 8. glo. 5. §. 5. nu. 27.* His ceſſantibus, permutantes
incurrunt ſimoniam realem ſi conuentio fuit 41
ab vtraque parte executa, atque etiam ipſi mediatores, vt idem reſpondit Nauarrus *d. conſ. 50.* At coram Papa ſubſiſtet penſio conſtituta etiã ſine iuſta cauſſa, *Nauar. d. conſil. 63. DD. in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. Marcheſanus tract. Commiſſio. par. 2. cap. 4. nu. 42.*

CAP. VIII. SVMMARIVM.

1. *Vtrum beneficij litigioſi ſubſiſtat permutatio.*
2. *Rei litigioſæ alienatio nulla eſt.*
3. *Alienatio pendente lite præſumitur facta dolo & fraude.*
4. *Permutatio alienationis nomine continetur.*
5. *Litigans, beneficiũ permutare poteſt modò non in fraudem, vel cum potentiore permutet, quæ ſententia improbatur. nu. 6.*
7. *Beneficium litigioſum reſignari non poteſt.*
8. *Limitatur multis modis.*
9. *Si duo litigent ſuper vno beneficio etiam ab*

alter-

alterutro horum poſſeſſo non poteſt coram Ordinario ex cauſſa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio.

1. DVbitatur, an permutatio beneficij litigioſi ſubſiſtat? Negat Rota *deciſ. 399. in antiq.* quæ repetitur *deciſ. 58. in no.* & eſt talis: Si lite pendente in palatio Apoſtolico ſuper beneficio Eccleſiaſtico Reus & poſſeſſor transferat beneficium in tertium, permutando, vel alio modo, & moriatur, huiuſmodi permutatio ſoluitur per modum attentati, etiam contra illum ſuperſtitem eo tamen vocato, vt not. Innocentius *in cap. Cùm M. de appellat.* quod ampliari poteſt vt procedat, etiamſi tertius ille ſit poſſeſſor cum titulo & bona fide, vt decidit alia Rota in vna Albarizen. Parochialis apud Lancelott. *de attent. part. 1. cap. 3. nu. 20. Menoch.*
2. *de Recup. poſſ. Remed. 17. nu. 27.* Imò non ſolum via attentati, ſed & per modum nullitatis, cùm rei litigioſæ alienatio nulla ſit. *tot. tit. ff. & Cod. de litigioſ. Guido Papa deciſ. 337. nu. 4.* quia ta-
3. lis alienatio in fraudem facta præſumitur, *Pariſ. conſ. 138. nu. 28. vol. 4. Menoch. conſ. 2. nu. 291. lib.*
4. *1.* Permutatio autem alienationis nomine venit, *arg. text. c. 1. de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. cap. Iaſon. latè in l. Cùm dubitabitur C. de iure emphy.* Aduerſus quam tamen Rotæ deciſionem aliud praxi forenſi vſurpari & iudicari, modò
5. tamen ſurrogatus non ſit in fraudem, vel potentior

tentior altero ſit, notauit Pet. Rebuffus *in praxi benef. tit. de ſurrogationibus. nu. 33. & ſeq.* Ego tamen cum eruditiſſ. P. Azorio non id tutum puto: cùm nuſquam hoc in iure conceſſum reperiatur, certiuſque ſit tot Rotæ deciſionibus 6
inhærere. *lib. 7. Inſtit. moral. part. 2. cap. 29.* Nam 7
cùm expeditum ſit, litigantis ſuper beneficio reſignationem nullam eſſe, *Puteus deciſ. 354. lib. 3. & deciſ. 511. lib. 2. Lancelott. part. 2. cap. 4. nu. 254. VVameſius conſil. 237. nu. 12. lib. 1.* non eſt cur di- 8
uerſo iure vtantur permutantes. Quod tamen dicitur litigioſi beneficij reſignationem nullam eſſe, limita primò vt non procedat ſi ceſſio fiat in fauorem collitigantis: quia tum valida eſt, & extinguit illam litem, vt poſt Lancellottum *tract. de attent. part. 2 cap. 4. limit. 20. nu. 5.* ſcriptum reliquit Flam. Pariſ. *tract. de Reſig. benef. lib. 2. quaeſt. 3. nu. 12.* cuius alias limitationes quò compendium temporis faciam lectori ſubnectam. Secúdò non procedit quoties ſimpliciter eſſet renuntiatum liti, quia tum purgatur vitium litigioſi, *Milis in verb. litigioſum beneficium Flam. Pariſ. quaeſt. nu. 13.* Tertiò ſi lis eſſet finita. *Card. Pariſ. conſ. 30. nu. 4. Menoch. de arbit. Iud. caſ. 202. nu. 15.* Lis autem dicitur finiri, primò per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam. 2. Renuntiatione ſeu ceſsione vt dictum eſt. 3 Morte. 4. Tempore. 5. Deſertione quæ omnia latiſsimè habes declarata apud Lancellottum *d. cap. 4. nu. 249. cum ſeqq.* vel de-

relicta

relicta aut neglecta ad longum tempus, *Caſſador. deciſ.5.nu.1.Vt lite pend.Pariſ.d.quæſt.nu.22.& 23.* Quod intellige, modò conſtet de non iure litem mouentis, vt fuit deciſum in vna Canonicatus Hiſpalen.teſte Lancellotto *d. cap. 4.nu. 324.* Quartò, non procedit ſi lis per malitiam vel fraudem dictata eſſet, *Caſſad. d.deciſ. nu. 3.* Quintò, ſi Princeps ſciuit litem extare, vt quia conceſsit gratiam ſine vitio attentatorum, *Pariſ.d.quæſt.nu.24.* Poteſt enim Papa purgare vitium litigioſi, & alteri collitiganti facere gratiam, nec per hoc dicitur attentare cùm ille ſit ſupra ius, *Rota deciſ. 25.aliàs 310. in fi. de Reſcript. Caput Aquen.part.1.deciſ.77.incip.in dubio.* Sextò, ſi reſignatio facta eſſet ante litem cœptam, hîc enim capi poteſt poſſeſsio etiam poſt litem dictatam, *Idem Pariſ. nu. 25.* addens nu. ſeqq. aliquot ampliationes. Septimò, ſi lis eſſet mota coram Iudice incompetente, *vt not. Afflictus deciſ. 85.* vel eſſet mota per falſum procuratorem, *Lancellott.de attent.part.1.cap.3. nu. 115.* Octauò, non procedit ſi lis eſſet mota incidenter ſuper beneficio, *Milis in verbo litigioſa res Pariſ. d.quæſt nu.50.* qui dicit eſſe communem. Nonò, ſi lis eſſet ſuper poſſeſſorio tantum mota: quippè tum beneficium non faceret litigioſum, nec erit impedimento quin poſsit Ordinarius de tali beneficio prouidere. *Caſſad. deciſ. 4. nu. 1. vt lite pend.* nam vbi non eſt quæſtio ſuper re, vel aliquo iure connexo rei, tunc

tunc non efficitur litigioſa vt nequeat alienari, *arg. l. quamquam. §. Iulianus ff. de aqua plu. arc. Pariſ. d. quaſt. nu. 53.* Decimò, non procedit ſi lis eſſet ſuper priuatione beneficiati, nam hoc caſu huiuſmodi lis non facit beneficium litigioſum, *teſte Puteo deciſ. 66. lib. 2.* niſi lis eſſet ſuper priuatione, & in conſequentiam vt adiudicaretur litigatori beneficium: quia tum beneficium dicitur litigioſum, *Puteus deciſ. 496. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 47. nu. 42. vol. 4. Alciat. conſ. 11. nu. 25. lib. 1.* Vndecimò limitatur, niſi in renuntiatione fuiſſet facta mentio litis: nam hoc caſu reſignatio eſſet valida, *Pariſ. d. quaſt. nu. 58. citatq. Puteum deciſ. 354. lib. 3. Lancelott. d. tract. part. 2. cap. 4.* Duodecimò non procedit in ſurrogato gratioſè, etiam quoad poſſeſsionem per reſignationem factam pendẽte lite: nam iſte reſignatarius capiendo poſſeſsionem beneficij reſignati, ad quod fuit ſurrogatus gratioſè, etiam quoad poſſeſsionem, non dicitur attentare, & propria auctoritate poteſt illam ingredi: cum enim Papa gratioſè ſurrogat, non debet diſcuti ius Auctoris, quod quamdiu & quatenus verum ſit, vide apud eũdem Flam. Pariſ. *d. quaſt. nu. 84. & ſeqq.* Maneat ergo litigioſi beneficij permutationem nullam eſſe. Quod adeò vſque verũ eſt, vt ſi duo litigarent ſuper aliquo beneficio etiam ab alterutro horum poſſeſſo, non 9.

poſſet

poſſet coram Ordinario ex cauſſa Concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio: beneficia enim debent eſſe permutantium pacificè propria, nec coram Ordinario poteſt de his fieri concordia, vt probat Nicol. Garcia *tract. de benef. part. 11. cap. 4. nu. 20.*

Cap. IX. Svmmarivm.

1. *Permutantes vtrum poſt renuntiationem hinc inde factam habeant regreſſum ad ſua beneficia ſuperueniente aliquo impedimento, & nu. 3.*
2. *Intellectus cap. Si beneficia de Præbend. in 6.*
3. *Abſoluta permutatione ſi alteruter pacta reſcindat, agi non poteſt vt reſoluatur contractus, ſed vt promiſſa ſeruentur.*
4. *Non ſoluta penſione, an penſionarius ad ſuum redire beneficium poßit?*
5. *Ius nouum non extendendum niſi in caſibus expreßis.*
6. *An permutanti detur regreſſus ad ſuum beneficium ſi vnum ex beneficiis permutatis euincatur.*
7. *Rebuffi ſuper eo improbatur opinio.*
8. *Actus agentium non operantur vltra illorum intentionem.*
9. *Permutans cum beneficio quod penſione grauatum ignorabat, recurſum habere poteſt ad ſuum beneficium, vel agere ad Indemnitatem.*
10. *Illegitimus diſpenſatus ad vnum curatum, illo adepto*

adepto cum alio curato permutare non poteſt, daturq́; vtrique permutatione expedita propter probabilem ignorantiam recurſus ad priora beneficia.

11. *Reſignatio in fauorem vel ex cauſſa permutationis, ſi non poteſt ſortiri effectum ob dolum vel culpam reſignantium ſeu permutantium, tunc remanet firma eiuſmodi reſignatio, & beneficiũ poteſt alteri conferri.*

12. *An per renunciationem ſimoniacam abdicetur ius à reſignante, & valeat in eius praiudicium.*

13. *De reſeruatione penſionis nulla ob expreſſionem maioris valoris beneficij, an talis poſſit redire ad ſuum beneficium?*

14. *Penſio an valeat reſeruata reſignanti priuato ipſo iure, vel per ſententiam, qui ante executionẽ reſignauit reſeruata penſione, non facta mentione de defectu tituli?*

SEd, obſtante aliquo impedimento quo minus ſequatur aut ſubſiſtat permutatio, vtrũ 1.
permutantes ad priora redire queant beneficia propria auctoritate, dubitatur: Non aliena prima fronte videtur à ratione opinio exiſtimantium quod vbi permutantibus nulla adſcribi poteſt culpa, vel impedimenti ſcientia, ij poſſint propria auctoritate ad propria beneficia redire; quam opinionem laudat, ſequiturque Fred. de Senis *tract. de Permut. quaſt. 10.* dum vult quando vnus permutantium habet ius in be-

neſcio, alter verò non, quod permutatio ipſo iure non valet, cùm ad hoc vt permutatio valeat, iura velint vt beneficia ſint permutantiũ propria, *per cap. vt venerabilis de Exceptio. DD. in c. 1. ibi text. de Rer. permut.* Ideoque infert, illum qui ius ad primum beneficium habebat, ad illud redire; & qui non habebat, non redire ad ſuum, confirmatque eandem ſententiam poſt Io. And. *in cap. vnico de Rer. permut.* Boerius *deciſ. 97. nu. 2. & 4. per cap. Si beneficia 20. de Præbend.*
2. *in 6.* vbi Pontifex ſtatuit eum qui beneficium reſeruatum vel collatum à S. Sede ab Ordinario obtinuit, non ſolum non conſequi ius ad illud beneficium ſibi collatum quod alterius ratione dimiſerat, niſi ſimulatque de reſeruatione vel collatione S. Pontificis certior factus eſt, poſterius illud beneficium ſibi de facto collatum ilicò dimittere paratus ſit. Siquidem hac in ſpecie acquieſcendo diſpoſitioni Apoſtolicæ extra culpam eſt & dolum; ideoque pœnam non meretur, *cap. ſine culpa 23. de reg. iur. in 6.* Quò fit vt Pontifex facultatem illi concedat prius beneficium alteri collatum recuperandi, *d. cap. Si beneficia, verbo liberè reuertantur:* quaſi acceptatio beneficij ſic facta ex ignorantia vel falſa cauſa, & non fraudulenter, vel ex mala intentione, non ſit propriè de genere malorum, & ob id facilè admittat pœnitentiam, dummodo illa in tempore, vel è veſtigio ſuccedat, *Philip. Francus in d. c. ſi beneficia*, neque enim

enim poſſeſsionem ciuilem amiſiſſe videtur qui ſtatim redit. *l. clam poßidere §. fin. ff. de acq. poſſ. arg. l. 3. ff. de diuort.* alioqui ſi longior mora vel difficultas deſiſtenti iniecta fuerit ſine euidenti boni iuris fundamento, vix eſt vt hic regreſſus ad priora beneficia perdurare poſsit, etiamſi ius plenum in illis competierit. Atque hic eſt genuinus & apertus dictæ conſtitutionis ſenſus, quæ licet videatur allucere antedictæ opinioni, verior tamen eſt & tutior ſententia, P. de Vbaldis *tract. de permut. benef. Verſ. Nũc videamus de ſexto principali nu. 53.* & Io. And. *in cap. vnico de Rer. permut.* quam probat & ſequitur Guido. papæ *ſing. 839. in fi.* Geminia. *conſ. 21. col. 7.* Io. Selua *de benef. 3. part. quæſt. 32.* & Boër. qui hos citat *deciſ. 97. nu. 4.* dicentium renuntiantes ex cauſa permutationis non poſſe poſtea ſtante 3. nullitate permutationis, hoc eſt ſuperueniente aliquo impedimento, vel obſtaculo ab alterutro permutantium, alióve proueniente, vtputa quia beneficium vnius permutantium erat Papæ reſeruatum, vel penſione fortè aliqua grauatum, vel denique ob conditiones aliquas non adimpletas, vel alias ob cauſſas propria auctoritate ad propria redire beneficia, ſed opus eſſe vel noua collatione, cũ renũtiatio ex cauſa permutationis facta verã vacationẽ, & per cõſequẽs primi tituli verã & totalẽ extinctionẽ inducat, vt aliquoties ante oſtẽdi, notatq; præter D. VVameſiũ *cõſ. 237. nu. 10. vol. 1.*

& cōſ.451.nu.7. Nic.Garcia *in tract.de benef. part. 1. cap.3.nu.2.* & Marianus Socinus *conſ.168.in pr.* vbi dicit hanc ſententiam magis eſſe communem ex variis Rotæ deciſionibus, præſertim deciſione 862. in antiq. aliiſque auctoritatibus quas ibi appellat: & ita nouiſsimè Rota decidit *in vna Gerundinen.Præſtimonij 5. Iulij 1593. coram Litta*, & apud Achillem de Graſsis *deciſ. 403.nu. 4.* Vel vt plerique volunt, vt Io. Staphil. *de litt.grat.tit.de var. mod. vac. §. 1. nu. 14.* Albertus Lampagnia *in Repetit. cap. vnici de Rer. permut.quæſt.7.* Aufrerius *ad deciſ. Capellæ Tholoſ. 260.in fi.* opus eſſe ſaltem auctoritate, ſeu declaratione Superioris in huiuſmodi regreſſu ſeu reuerſione: qui quidem Superior propter non ſecutam permutationem dat vtrique licentiam ad ſuum beneficium reuertendi abſque alia collatione ſeu conceſsione executoris ſuper reductione in priſtinam poſſeſsionem; & talis licentia ſeu declaratio habetur pro collatione, *Rota deciſ. 862. in antiq. Staphil. d. loco: Guiliel. Redoanus tract. de Simonia part. 2. c.10. nu. 28.* atque illud ſeruari in Gallia ſcribit Paponius *lib. 2. arreſtorum tit. 7. arreſto 2.* Quæ ſanè opinio ſummam habet æquitatem: cùm permutatio non aliter intelligatur facta, quam conditionaliter, ſi nimirum alteri permutantium beneficium acquiratur, *cap. 1. de Rer. permut. in 6. Clem. 1. eodem tit.* Superueniente ergò aliquo impedimento, poterit compermutans cum permiſ-

permiſsione Superioris abſque noua collatione ad ſuum redire beneficium, vt ante dictum eſt. Ceſſante verò impedimento, & perfecta vtrimque permutatione, ſi vnus ex facto pacta reſcindat, non continuò concidit contractus, nec contra turbantem intendit quis iudicium vt reſoluatur primus contractus, & ad ius priſtinum redeat, ſed vt obſeruentur promiſſa agendum erit, *cap. inter R. de Electio. extra. l. Inciuile C. de rei vind. quod & Panor. probat d. cap. Cùm inter R. Coſtalius ad l. 17. §. Sicut autem ff Commod.* 3.
4. Verbi gratia: Finge Titium & Meuium conueniſſe de permutandis ſuis beneficiis reſeruata inſuper Titio penſione cum beneplacito Superioris, & poſtmodum dictam permutationem legitimè completam fuiſſe; interueniente nimirum beneficiorum hinc inde reſignatorum collatione per Ordinarium Collatorem, nec vllam per quenquam euictionem ſecutam, ſed conditionem tantum creandæ pẽſionis de qua conuenerat propter inæqualitatem fructuum non impleri, ſiue quia Meuius penſionem illam creari non curat (id quod tamen in ſe receperat) ſiue quia illam à S. Põtifice, vti conuenerat, impetrare non poſsit, quæritur vtrum Titius propter non impletam creandæ penſionis conditionem poſsit ad ſuũ redire beneficium, non oblata viciſsim accepti reſtitutione, vt quia iam illud fortè in aliũ tranſtuliſſet? & quidem ex facto conſultus

Boëtius Epo reſpondit non poſſe, *in Clem. vnica, de Rer. permutat.* cui lubenter ſubſcribo, motus auctoritatibus paulò ante datis, quibus addo ex eo rationem. Nam licet, vel non impleta per alterum permutatione beneficiali, vel alioquin euicto poſt impletionem beneficio, redire poſsit alter ad ſuum beneficium, tamen ſi hoc quod eſt in beneficiis permutãdis principale ſemel fuerit ac maneat impletum (beneficiis videlicet ipſis hinc inde reſignatis & collatis, & pacificè poſſeſsis nec euictis) propter ſolas quaſdam leges extrinſecas non impletas, ad reſtituendum beneficium nequit agi, ſed ad huiuſmodi leges implendas duntaxat, præſertim ſi beneficium acceptum non reſtituatur nec offeratur: cùm generaliter in permutationibus verum ſit pœnitentiæ locum non eſſe, quando ex vna parte totum impletum eſt, & ex altera parte ſaltem aliquid eſt impletum circa partem permutationis intrinſecam, ſi pœnitentia talis alteri parti damnum eſſet allatura, *Bald. in l. Si pecuniam. Verſ. Si autem vnus impleuit. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Neque porrò obſtare dicimus, dictum cap. Si beneficia: quia diſpoſitio illius cap. eſt introducta propter reſeruationes Papales, vt patet in verbo *Statuimus.* Ergo ante ſecus erat, (inquit VVameſius *d. conſil. 237.*) de iure
5. communi, atque ita non extendendum ius nouum corrigens antiquum, niſi in caſibus expreſsis,

preſsis, & non ad alios etiam eiuſdem rationis, *per glo. in Clem. 1. de ſepult. Clem. 1. de vita & honeſt. Cler.* Atque ita præter D. VVameſiū *d. conſilio 237.* ſentit Marian. Socinus *d. conſil. 168. ante num. 1. Verſ. Reſpondeo etiam vol. 2.* Adde, quod dicta Conſtitutio non loquitur in renūtiatione expreſſa, ſed in priuatione iuris, quod ante habuit, ex quo non tenuit adeptio ſecundi beneficij: vel ibi ſit dimiſsio facti ſine priori renuntiatione, quæ dimiſsio facti non habet vim tacitæ renuntiationis, ex quo non fuerit ſecuta adeptio ſecundi beneficij. Itaque ex dictis infero non eſſe locum recurſui in Permutatione ſine Superioris auctoritate. Hinc decidit *Rota 63. in no. & 401. in antiq.* Si quis permutarit vnum beneficium pro duobus (quod poteſt, *iuxta cap. Cùm venerabilis ibi Innocen. de except.* modò tamen illa plura poſsint ſine diſpenſatione retineri, *Io. And. in d. cap. Cùm venerabilis.*) ſi vnum euincatur tanquam reſeruatum, & illud dimittit, vel dimittere velit, poteſt demum petere & habere regreſſum ad ſuum primum beneficium ſi Superioris auctoritas ſeu conſenſus interueniat, *cap. Cùm vniuerſorum de Rer. permut. Alciat. Reſpon. 47. Card. Tuſchus pract. concluſ. tom. 6. concluſ. 306. nu. 8.* Falſus eſt itaque Petrus Rebuffus *in praxi tit. de Permut. nu. 25.* dum ſcripſit, ſi beneficium eſſe pacificū promiſiſti, moueaturque poſtea mihi lis ſuper eo, tu debes eā proſequi, & à me repellere

moleſtiam omnem, alioqui ſi euincatur, reuertar ad meum beneficium, *per cap. ſi beneficia: de Præben. in 6.* Falſus inquam eſt; Primò, quia d. cap. non loquitur in renuntiatione expreſſa, cuiuſmodi ea eſt quæ fit ex cauſa permutationis, ſed in priuatione iuris quod prius forte habuit in alio beneficio per adeptionem beneficij quod Papa vel ante contulerat vel reſeruarat. Secundò, quia præter dimiſsionem beneficij ſimplicem, ſine reſignatione prorſus vlla, ſimul interuenit illic error facti (nempe Reſeruationis Pontificiæ) quem conſtat non debere cuiquam nocere, *l. Error facti ff. de iur. & fact. igno.* Nec ei porrò patrocinatur argumentum per Fred. de Senis ſuprà allatum, quia illud demum procedit inquit Marianus Socinus *d. conſil. 168. nu. 2.* quantum ad hoc an is qui non habebat ius in beneficio poſsit conſequi beneficium illius qui in eo ius habet, & habebat; & decidit quod non, rationibus per eum ibi allatis: quæ ſententia firmari quoque poteſt ex Regula Cancellariæ 39. quæ permutationibus beneficialibus hanc vult inſeri clauſulam: *Quod neuter permutantium ius acquirat, niſi quilibet ipſorum ius habuerit in beneficio per ipſum reſignato.* Cùm autem ſubijcit Senenſis quod ille qui habebat ius poſsit redire ad ſuum beneficium propria auctoritate, non caret ratione; quia ſcilicet eiuſmodi collatio per Ordinariū facta fuerit nulla: vtpote qui intendebat conferre

ferre beneficium vacans ex cauſa permutationis & vacabat ex alia; vel conferre beneficium 8.
liberum, & erat penſione grauatum: actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis ff. ſi cert. Pet. P. And. Gammar. ad cap. vnicum nu. 68. de Rer. permut.* Hinc decidit ampliſsimus Ordo Pariſienſis, permutā- 9.
tem cui beneficium liberum promiſſum erat, & tamen repertum erat grauatum penſione annua, poſſe compermutantem cogere ad indemnitatem, vel in defectum eius, regreſſum habere ad ſuum beneficium, quod intellige cum conſenſu ſaltem Superioris iuxta 2. opinionem *Papon. lib. 2. arreſt. tit. 7. arreſto 5.* Eodem ſpectat Rotæ deciſio apud Bellam. *concluſ. 756.* 10.
Si illegitimus diſpenſatus ad curatum beneficium, eo obtento in vim diſpenſationis eiuſdem, illud permutet ad aliud curatum cum legitimo, eoque ignorante effectum illegitimitatis, credens alioqui ex prædicta diſpenſatione id ſibi licere, non ſubſiſtet collatio ſecundi curati ex cauſſa d. permutationis, ſed datur vtrique, legitimo videlicet ratione probabilis ignorantiæ facti, & illegitimo ratione probabilis erroris iuris, recurſus ad beneficia renunciata ex cauſſa permutationis antedictæ. Rationes vtriuſque videto apud Bellam. *dicta Deciſ. 756.* Vnde infero à contrario quod quan- 11.
do reſignatio in fauorem, vel cauſſa permutationis, non poteſt ſortiri effectum propter dolum

lum vel culpam reſignantium ſeu permutantium, tunc eiuſmodi reſignatio, & ex ea vacatio firma remanent, nec locus erit regreſſui, & poteſt beneficium liberè prouideri, *Pet. Greg. de Benef. cap. 28. nu. 11.* & ita reſoluit Rota *in vna Romana Canonicat. 17. Nouemb. 1567. coram D. Seraphino. & in vna Claramonten. monaſterij 20. Octob. 1574. coram S. Clemente VIII. quod & oſtendi ſuprà part. 1. cap. XIX. in fi.* Ex quibus duo notabiles caſus inferuntur. Primus, quod ſimoniacè renuncians, quamuis nulliter, non poterit repe-
12. tere beneficium à reſignatario, ſeu alio poſſeſſore illius, dicendo renunciationem fuiſſe ſimoniacam, & ſic ab eo ius non fuiſſe abdicatum: nam etiam ſecluſa abdicatione, allegans propriam turpitudinem non auditur, *Rebuff. in praxi tit. de Simonia in reſignatione nu. 2. Bernar. Diaz Reg. 24. Gratian. Reg. 477. Nicol. Garcia tract. de beneficiis part. 11. cap. 3. §. 2. nu. 218.* Secundus eſt,
13. quod ſi quis reſignat beneficium in fauorē alterius reſeruata ſibi validè certa penſione, & non aliàs; & reſeruatio penſionis fuit nulla ob expreſsionem forſan maioris valoris beneficij factam ab ipſo reſignāte ſcienter, & ſic ſua culpa, non poterit redire ad ſuum beneficium, ſed ius ab eo abdicatur per talem reſignationem, nec tenebitur ſucceſſor in beneficio ad ſolutionē pēſionis, ex quo fuit nulliter reſeruata: quāuis reſignatarius ipſe qui conſenſit pēſioni cū dicta expreſsione valoris, non poſsit excuſari ab

ab eius ſolutione, *iuxta not. Nicol. Garcia d. cap. 3. nu. 39. & part. 1. cap. 5. à nu. 442.* niſi fuerit in errore iuſto: nam probando iuſtum errorem valoris, poſſet etiam ipſe dare de nullitate penſionis, *Garcia vbi ſuprà à nu. 132. & d. cap. 5. part. 1. nu. 514. & part. 11. cap. 3. §. 1. nu. 130.* vbi quærit an 14
valeat penſio reſeruata reſignanti, qui priuatus ipſo iure, vel per ſentẽtiã ante executionẽ exiſtens reſignauit reſeruata pẽſione, nõ facta mẽtione de defectu tituli, & reſoluit cõtra Nauar. *conſil. 12. de Reſcript. nu. 4.* non valere, quibus rationibus apud illum videto: neque enim illa quæſtio eſt huius loci.

CAP. X. SVMMARIVM.

An permutantes ad ſua redeuntes beneficia, fructus interim perceptos & conſumptos teneantur reſtituere, vbi alter permutantium plus altero percepit?

QVæſtionem hãç examinat Boërius in Deciſ. Burdigalen. *deciſ. 98. part. 1.* vbi reiecta affirmantiũ & negantium ſententia, mediã veluti viã ſecutus, probat Abb. Sicul. opinionẽ, *in cap. Dilecto, de Præbẽd.* quod aut poſsidẽti ius aſſiſtit & non reſiſtit, vt tunc procedat negatiua, quod videlicet non teneatur fructus reſtituere; ſi verò ius reſiſtit, procedat affirmatiua, & tenetur ad reſtitutionem fructuum, *arg. l. Quemad-*

Quemadmodum C. *de Agric. & cenſ. lib. 11.* Et pro hac diſtinct. facit Regula: Qui contra iura mercantur, bonam fidem habere non præſumuntur. Vnde cùm poſſederit iure reſiſtente, tenetur ad reſtitutionem fructuum, etiamſi alioqui fuerit bonæ fidei poſſeſſor, *cap. Maioribus, de Prabend.* Id quod exemplificat in clerico iuſtè excommunicato, quod eo abſoluto ab excommunicatione non poſsit recuperare fructus medij temporis ipſi ſubſtractos, *vt tenet glo. vlt. verſ. in eadem cauſſa de Appellat. quam ibi ſequuntur Hoſtien. Henr. Bobic & Abb. Sicul.* Sic nec donatarius tenetur reſtituere fructus perceptos reſoluta donatione natiuitate filij, *iuxta l. Si vnquam, & tenet ibi de Ripa quaſt. XI. de Reuoc. donat.* Et idem in alia donatione, vt ipſa reuocata non teneatur reſtituere fructus, *glo. l. Neque vllam §. omnibus, verb. Vxor, & ibi Bald. Tiraquel. in d. l. Si vnquam, in verb. Reuertatur nu. 227.*

Cap. XI. svmmarivm.

1. *Petenti beneficium ex cauſa permutationis, num neceſſe habeat probare compermutantem ius ad illud habuiſſe?*
2. *Diſtinctione ſoluitur quæſtio.*
3. *Triennalis poſſeſſor non tenetur auctoris ſui titulum probare.*
4. *Ex ſententia Mandoſij & Bellameræ ſatis eſt ſi*

ſucceſ-

ſucceſſor probet communem opinionem & famã.

5. *Ex vno titulo inualido non probatur quem ius vel titulum non habere.*

VSu venire poteſt, vt ante expletam permutationem alter permutantium moriatur, cuius beneficium à tertio poſtea vindicatur, quæritur, an permutans probare teneatur compermutantem defunctum ius in beneficio habuiſſe. Negant Rebuffus *in praxi tit. de Permut. nu. 17.* Lapus *Allegat. 89.* Zerola *in praxi Epiſcop. verbo Renunciatio.* Milis *in Repert. verb. Permutans benef.* Panor. *in cap. illud de Præſumpt.* Vult tamen Caſsiad. *deciſ. 2. nu. 5. de cauſa poſſ. & propriet.* permutantem probare oportére alterum pro tali habitum & reputatum, quod & probat Capella Tholoſ. *quæſt. 467. & Rota deciſ. 4. de Rer. permut. in No.* modò tamen poſſederit longo tempore & pacificè: hoc eſt duorum vel trium annorum ſpatio, *Papon. lib. 2. Arreſt. tit. 4. arreſt. 11.* aliter atque ſi de recenti poſſederit, Pariſius *cõſ. 37. attendatur* Boer. *deciſ. 205. nu. 6.* Rebuff. *ad reg. de Infirm. benef. reſig. glo. 14. tit. de Permutatione nu. 17. & 18.* Hinc nuper decidit Rota in vna Tungren. Canonicatus, reſignatarium, cuius Præbendam tertius certo modo impetrauerat, eo videlicet colore quòd Reſignans contrauenifſet Regulæ de Publicãdis Reſignationibus, non potuiſſe aut debere cogi oſtendere titulum ſui auctoris, hoc eſt 1. 2.

quod

quod reſignans ſatisfeciſſet prætactæ Regulæ de Publicandis, quod multo magis procedet
3. in triennali pacifico poſſeſſore: nam hic nullo modo tenetur auctoris ſui titulum iuſtificare; Vt decidit Rota *in vna Carthaginen. beneficij 5. Iunij 1592. coram bo. me: D. Orano. & in alia Firmam. beneficij 19. Iunij 1598. coram D. Pegna.* atque ita reſoluit S. Congregatio Interpretum Concilij Triden. Anno 1588 *ad cap. 20. ſeſſ. 21. & ad c. 8. ſeſſ. 7.* Plura ſuper hac re vide apud Mandoſiũ *in Reg. XVIII. Cancellariæ*, & Bellameram *concluſ. 645.* quibus in locis adſtruunt in recenti poſ-
4. ſeſsione ſucceſſorem ius ſui auctoris non teneri probare plenè & concludenter, ſed ſufficere talem qualem probationem, imò communem opinionem & famã quoad hoc releuare, quod congruit cum ſententia Caſſadori ſuprà citata, quæ loquitur in terminis propoſitæ quæſtionis, quibus adde Achillem de Graſsis *deciſ. 169. & 178. de Probat.* quæ tamen doctrina quomodo limitetur vide apud Maſcard. *tract. de Probat. vol. 3. concluſ. 1380. nu. 13. 14. 17. 18. 19. & 20.* Aduerte tamen, ſi contra probatam commu-
5. nem reputationem & famam defunctus probaretur habuiſſe certum titulum ſed inualidum, ex hoc non cõcluderetur eum ius nõ habuiſſe, quia fieri poteſt quod habeat etiam alium titulum bonum, ita ſingulariter Lapus *alleg. 88.* quem citat Milis *in Repert. verbo Beneficium nu. 16.*

CAP.

CAP. XII. SVMMARIVM.

Vtrum permutanti pulſo de poſſeßione competat interdictum reſtitutionis?

NEgatiuam ſentétiam eatenus probāt Dn. de Rota *deciſ.2.de Renūciat. in antiq.* ſi fuerit ſecuta & perfecta permutatio. Reſignans enim beneficium ex cauſſa permutationis videtur perdere omnimodam poſſeſsionem ſi poſt factam reſignationem permutatio ſequitur: quia ex quo per reſignationē perdidit ius beneficij,longè magis videtur perdere poſſeſsionē,cùm facilius perdatur poſſeſsio, quàm dominiū,*l.Si quis vi §.differentia ff.de acq.poſſ.*Trāſfuſo itaque iure & poſſeſsione in compermutautem agere in illum non poterit ex canone cap.Redintegranda 3. quæſt. 1. obſtante renunciatione volūtaria, per quam amiſit poſſeſsionem,*Innoc.in cap.Super hoc de Renunciat.hancq; opinionem probat Milis in Repert. verbo Permutās ſuū beneficium fol.mei 305.citatq; Rom.conſil. 62.* Si tamen renuncians beneficio ex cauſſa permutationis, adhuc de facto incūbat poſſeſsioni realiter, & ſpolietur à tertio, non à reſignatario vel compermutante,reſtituendus erit, vt decidit Rota *deciſ.1.cum addit. de Renunciat.* & mox ſequenti cap.latius oſtendemus.

CAP.

Cap. XIII. Svmmarivm.

1. An compermutanti competat interdictum Recuperandæ contra tertium, qui illum ſpoliauit poſt factam permutationem? Defenditur Affirmatiua. nu.5.

2. Per renuntiationem amittit quis nedum Dominium, ſed etiam poſſeſsionem.

3. Solo animo perditur ciuilis & naturalis poſſeßio.

4. Exceptio non iuris obſtat petenti attentata reuocari.

6. Interdictum vnde vi datur ei qui poſt renuntiationem vel permutationem incumbit adhuc poſſeßioni.

7. Reuocatio attentatorum potius cauſatur ex culpa & facto attentantis, quam ex iure quod cohæret illi contra quem attentatur.

SEd, quid ſi alter compermutantium poſt factam auctoritate Superioris permutationem priuſquam à ſe abdicet realem beneficij poſſeſsionem in compermutantem, litem à
1. tertio ſuſtineat, qui eum poſtea ſpoliet, an poſſit agere remedio recuperandæ poſſeſsionis contra illum tertium ſpoliatorem? Dubitationem mouet, quod permutationem præcedere debeat renuntiatio; *Clem. vnica de Rer. permut.*

At

At verò,per beneficij renuntiationem abdicat quis à ſe non ſolùm dominium,ſed etiam poſſeſsionem,[l] *Innoc. in cap. ſuper hoc de Renuntiat. Imò. & Abb. in cap. Solicitè de reſtit. ſpol. text. in l. 3. §. in amittenda, & l. ſi quis vi. §. differentia: de acq. poſſ.* vbi & Alex. infert quòd renuntians beneficio, videtur etiam renuntiare poſſeſsioni beneficij. quod procedit nedum in poſſeſsione ciuili, verùm etiam naturali: ſolo enim animo vtraque perditur, etiam priuſquam quis exeat de fundo, dummodo habeat animum diſcedendi, prout habet cedens vel renuntians iuri, ſecundum *Alex. in d. §. in amittenda.* Ex quo ſequitur, quod cùm fuerit amiſſa poſſeſsio & dominium, nullum ius apud renuntiantem remanſerit, & conſequenter quod per huiuſmodi exceptionem dicatur notoriè conſtare de non iure petentis reuocationem attentatorum, quæ exceptio non iuris impedit reuocationem, *Rota deciſ. 2. aliàs 14. de Reſtit. ſpol. in no. citata Lancelotto de Attent. part. 3. cap. 24. quæſt. 1. nu. 11. & ſeqq.* Eo tamen non obſtante, reſolutiuè dicendum compermutanti competere interdictum recuperandæ poſſeſsionis, nec eiuſmodi exceptionem non iuris illi à tertio obiectam nocere, *Rota deciſ. 1. aliàs 158. de Renũtiat. in no. Caſt. ad. deciſ. 4. nu. 2. de Reſtit. ſpol.* Quemadmodum enim ei qui incubat poſſeſsioni poſt renuntiationem à ſe factam datur interdictũ Vnde vi, *Rota d. deciſ. 1.* nec eo caſu obſtat illi

2.
3.
4.
5.
6.

exceptio renuntiationis, ita etiam debet dici quod detentio hoc caſu cauſet reuocationem attentatorum, non obſtante exceptione renuntiationis, *Rota deciſ. 11. aliàs 56. de cauſa poſſ. & propr. in antiq.* quam Regulam amplia etiamſi tertius ille cum titulo & bona fide poſsideat, *Caßiad. deciſio. 7. nu. 1. de Reſtit. ſpol. Lãcelott. d. tract. de attent. part. 3. cap. 24. quaſt. 7. nu. 10.* vbi plures rationes cumulat cur ab illa ſententia non ſit recedendum, reſpondetque argumento in cõtrarium adducto, quòd nimirum per renuntiationem videbatur conſtare de non iure, quia inquit ius reuocandi attentata potius cauſatur
7. ex facto & culpa attentantis, quam ex aliquo iure quod cohæreat illi contra quem attentatur. Vnde licet per renuntiationem abdicaſſet à ſe omne ius quod ſibi cohærebat, ius tamen iſtud extrinſecum quod ex facto & culpa attẽtantis fuerat cauſatum, non poteſt dici ab ipſo eſſe abdicatum.

Cap. XIIII. Svmmarivm.

1. *Permutanti an obſtet exceptio Simoniæ petenti reuocationem attentatorum.*
2. *Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure, & factus inhabilis tam ad agendum, quàm ad beneficia.*
3. *Per exceptionem Simoniæ, conſtat de non iure petentis*

petentis reuocationem attentatorum, & conſequenter de non intereſſe petentis reuocationem.

4. *Vitioſus ingreſſus daretur Simoniaco ſpoliato, ſi mediatè reuocatione attentatorū reſtitueretur.*

5. *Per reſtitutionem ſpoliati Simoniaci daretur occaſio peccati.*

6. *Propter periculū animæ notorius defectus iuris impedit reuocationem attentatorum.*

7. *Rota interdum decidit etiam ſuppoſita ſimonia attentata eſſe reuocanda.*

AN autem in ſpecie præcedentis quæſtionis obſtet compermutanti petenti attentatorum reuocationem contra tertium ſpoliatoré exceptio ſimoniæ realis, dubitari poteſt. Pro affirmatiua facit quod eiuſmodi exceptio recipiatur cōtra ſpoliatum in poſſeſſorio, *Caſſad. decis. 1. in pr. de ſimonia.* Cùm enim ſimoniacus realis ſit excommunicatus ipſo iure, *per extrauag. 2. de ſimonia.* ſitque ea ratione factus ipſo iure inhabilis non ſolum ad agendum, *c. Intelleximus de Iudic. cap. Cùm inter. cap. exceptionem de exceptio. Feliņ in cap. Dilectus 1. de Reſcript.* ſed etiam ad beneficia. *cap. Conſuluit. de Simonia.* ſequi videtur, quod exceptio ſimoniæ contra ipſum agentem ſuper ſpolio ſit admittenda, eumque petentem reuocationem attentatorum non eſſe audiendum. Primò, quia per hanc exceptionem concludentem inhabilitatem, videtur conſtare de non iure petentis

 & con-

& conſequenter de non intereſſe petentis reuocationem, *not. in cap. Cùm inter Canonicos de Electio. cap. Veniens 2. de Teſtib. Innoc. in cap. Conſtitutus de Filiis Presbyt. Rota deciſ. 2. aliàs 55. Vt lite pendente in No. & deciſ. 2. aliàs 14. de Reſtit. ſpol. in No.*

4. Secundò, quia daretur vitioſus ingreſſus, ſi mediante reuocatione attentati ſimoniacus ſpoliatus reſtitueretur, *contra cap. eum qui, de eo qui mittitur in poſſ. in 6. Milis verbo attentata lite pendente nunquam, in fine.*

5. Tertiò & deniquè, quia per hanc reſtitutionem & reuocationem daretur occaſio peccati, quod committeret petens reuocationem percipiendo fructus rei reſtitutæ indebitè, & ſine aliquo iure, *Rota d. deciſ. 2. aliàs 55.* Nam propter periculum animæ,

6. notorius defectus iuris impedit reuocationem attentatorum, *Couar. pract. quæſt. cap. 23. nu. 4. Pariſ. conſil. 12. nu. 7. & 8. lib. 4. Lancellot. de Attentatis part. 3. cap. 24. quæſtio. 1. nu. 27. & ſeqq.* vbi plures ſubijcit ampliationes & limitationes, quas breuitati ſtudens prætermitto, etſi alioqui notatu idoneæ.

7. Tantum dico, notandum Rotam tenuiſſe aliquando contrariam ſententiam, nimirum quòd etiam ſtante ſimonia (de qua dicebatur conſtare per confeſsionem partis) attentata eſſent reuocanda, *vt fuit deciſum in vna Lisbonen. Quartanana coram Reumanno 3. Octob. 1553.* cum declaratione tamen, quod poſſeſsio non daretur ſimoniaco, ſed poneretur ſub ſequeſtro. *Lancell. d. cap. 24. quæſt. 27. nu. 7.*

Cap.

CAP. XV. SVMMARIVM.

1. *An Regula Cancellariæ de Publicandis reſignationibus locum obtineat in reſignatione facta ex cauſſa permutationis.*
2. *Publicatio reſignationis quæ dicatur & intra quod tempus fieri debeat. & nu. 5.*
3. *Conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. de publicandis reſignationibus, includunt permutationes.*
4. *Per permutationem datur vacatio, & perditur titulus & poſſeſſio.*
5. *Ambo permutantes publicare debent.*
6. *Si vnus publicat, alter non, ex parte omittentis tantùm eſt nulla.*

DVbitatur, vtrum Regula Cancellariæ 34. de Publicandis reſignationibus quæ tantum loquitur de renuntiatione ſimplici, locum etiam habeat in ea quæ fit ex cauſa permutationis? Hæc quæſtio acriter & ſæpius fuit 1.
diſputata in Rota tempore Lud. Gomeſij, qui eam (tametſi ſuo tempore in Conſiſtorio haud dum deciſa ſit) diſcutit in vtramque partem: cuius ſentẽtiam priuſquam promam, præmitto Publicationem nihil aliud eſſe quàm inſi- 2.
nuationem Reſignationis, per Reſignatarium facta in Eccleſia vbi beneficium conſiſtit, quæ

 ſi non

ſi non fiat intra tempus in regula deſignatum, & poſſeſsio petita non ſit à reſignatario, beneficium cenſetur vacare per mortem; Hæcque publicatio eſt inducta ad euitandas fraudes reſignantium qui poſt reſignationem nihilomagis permanebant in poſſeſsione beneficij reſignati, ſicque decipiebantur Ordinarij, apud quos beneficia ſic occultè reſignata per mortem reſignantis vacantia erant in incerto. Igitur ad quæſtionem propoſitam plura adducit Gomeſius ad dictam Reg. quæſt.3. tam pro affirmatiua, quàm negatiua: ſed omnis dubitandi anſa iam ſublata eſt per Conſtitutionem Pij V. & Gregorij XIII. quibus expreſsè cau-
3. tum eſt faciendam eſſe publicationem beneficiorum ex cauſſa permutationis renunciatorum, vt videre eſt ex earum textu qui cum eleganti interpretatione extat apud Flam. Pariſium *lib. 11. de Reſignat. benef. in principio.* Nam ſicuti per reſignationem, inquit Flam. Pariſ. *d. lib. quæſt. 5.* datur vera vacatio, ita & per permutationem, *cap. 1. de Rer. Permut. in 6.* & ſicuti per renunciationem perditur titulus & poſſeſsio, ita & per permutationem, *Rota deciſ. 8. de*
4. *Rerum permut. in Antiq. & deciſ. 2. & 4. de Renunciat. in No.* Ideoque nihil obſtat quo minus dicta Regula, non ſolũ de ſimplici reſignatione, ſed etiã de ea quæ fit ex cauſſa permutationis intelligatur; præſertim cùm hoc edictũ de publicãdis emanauerit ad tollẽdas fraudes, quæ
in

in clandeſtinis reſignationibus ſolent cōmitti, quæ fraudis ratio militat quoque in permutatione, *vt tradit Io. de Anan. in cap. Audiuimus col. 2. verſ. Et prædicta faciunt. de colluſ. deteg.* & multis probat argumentis Gomeſ. *d. quæſt. 3. verſ. Quinto pro hac opinione.* Debent igitur quoties beneficia ſunt permutata, inuicem ambo publicare intra ſex menſes, ſi beneficium ſit intra mōtes; ſi vltra, intra nouem à data conceſsionis gratiæ computandos, vt ſequenti capite dicemus. Quod ſi vnus publicet, alter non, hoc caſu non annullatur permutatio, ſed tantum collatio facta ei qui non publicauit: quia quando culpa eius qui permutauit, permutatio non eſt ſortita effectum, tenet permutatio, & non licet ad beneficium regredi, *Io. And. in cap. 1. de Rer. permut. in 6. Flā. d. quæſt. nu. 25.* quod & ſuprà oſtēdi, *cap. 9. nu. 11. & part. 1. cap. XIX. nu. 13.* ideoq; negligentia compermutantis fraudi alteri eſſe non debet: qui enim extra culpam eſt & dolum, pœnam non meretur, *cap. Sine culpa. de Reg. iur. in 6.* atque ita fuiſſe reſolutum in vna Salmantina penſionis anno 1586. Iunij 13. coram Rpd. Bubalo docet Gonzalez *ad Reg. 8. Cancellariæ glo. 15. §. 2. nu. 50.* 5. 6.

CAPITIS XVI. SVMMARIVM.

1. *Conſtitutio Pij V. de Confidentiis locum habet tam in ſimplicibus reſignationibus, quàm etiam in factis ex cauſſa permutationis.*

 2. Pœ-

2. *Pœna non publicantis permutationem, priuatio beneficij ipſo iure.*

PEr Bullam Pij V. editam anno 1569. Kal. Iunij præſumitur ſimoniacam confidentiã incurrere, qui poſt beneficij ceſsionem & captam à ceſsionario poſſeſsionem ſe in illud per ſe, vel alium ingerit, fructusque illius aut partem illorum percipit, vt latiùs habetur in eadem Bulla verſ. Ad probandum autem. Modò contingit dubitari an poſt expletam legitimè permutationẽ, ſi alter accepta poſſeſsione beneficij ſibi permutati remanet nihilominus in poſſeſsione beneficij dati cõpemutãti percipiẽdo nimirũ fructus dicti beneficij, cenſeatur incurriſſe pœnas dictæ Cõſtitutionis? Nauarrus ex facto cõſultus reſpõdit *conſil.77.de Simo.* non
1. videri iudicandum locum eſſe dictæ Conſtitutioni: cùm illa tantum loquatur de reſignationibus beneficiorum quæ ſimpliciter fiunt in fauorem aliquorum, & non de illis quæ frũt per permutationes iuridicas; præterquã quod ſit pœnalis Conſtitutio quæ non videtur extendenda, nec producenda ad caſum non expreſſum etiam ex identitate rationis, *Iaſ. in l. Cùm quidam col.pen.de lib.& poſthum. Alciat. ad l. Petẽs nu.34.C.de Pact.* Atque hæc eſt opinio Na-
2. uarri quam ſuprà quoque laudauimus *part. II. cap.XXIV.* quæ licet probabiliter defendi poſſe videatur, tamẽ dum inter operas typographię verſor ac fortè incido in tract. Flam. Pariſij *de*

Conſi-

Conſiden. quæſt. 25. propior verò viſa eſt mihi illius ſententia, aſſerentis Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. habere locum nedum in reſignatione ſimplici, ſed etiam in permutatione: & mouetur imprimis verbis his Conſtit. Pij V. *ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Eccleſiaſticorum corruptelam, &c.* & rurſum, *Nec valerent ipſorum collationes ſeu conceſſiones, &c.* & iterum: *Omnes & quaſcumque prouiſiones, &c.* quæ verba videntur poſſe comprehẽdere etiam reſignationes ex cauſſa permutationis. Deinde, quia rationes fraudis in his Conſtit. conſideratæ, militant etiam in permutatione: vbi autem eadem militat ratio, eadem intrat diſpoſitio, *l. Illud ff. ad l. Aquil.* Inſuper, mouetur vulgari illa ratione, quod reſignationis appellatione, veniat etiam permutatio, quæ pura & ſimplex reſignatio dicitur, *Rota deciſ. 16. de Rer permut. in Antiq.* præſertim in materia fauorabili, vt hic, vt nimirum fraudibus occurratur, *ad not. Ant. de But. in cap. vlt. in 1. Fall. de Conſuet. Anchar. conſil. 102. & 304. Geminia. conſil. 106.* Nec moueant argumenta Nauarri: nam etiamſi dicta Conſtitutio Pij V. loquatur de ſimplici reſignatione, non obſtat tamen quo minus illa extendatur ad permutationes; cùm fraudis & corruptelæ rationes militent quoque in permutationibus vt ante dixi. Ad ſecundum Nauarri argumentum, reſpondeo cũ Flaminio, reſtringẽdas eſſe pœnales conſtitutiones, ſed hactenus ſi verba &

rati-

ratio vt hic aliud non ſuadeant, *l. Filium habeo ff. ad Maced. Iaſ. in l. Si conſtante nu. 70. ff. ſol. mat.* Ex quibus reſoluit idem Flaminius pœnas dictæ Conſtitutionis locum habere in permutatione ſi in illa interueniant caſus confidentiales à Pio V. conſiderati.

Cap. XVII. svmmarivm.

An beneficium dicatur vacare ob non publicationem, quando ille qui publicare tenebatur deceſſit intra tempus publicandi? & quid ſi facta permutatione vnus permutantium non publicauerit, an quoad alterum ſubſiſtat permutatio? denique an facta renunciatione ex cauſſa permutationis in manus Papæ, ſi alter compermutantium moriatur in partibus ante collationem ipſi factam, vacauerit beneficium in Curia?

QVæſtio hæc planior fiet hoc exemplo. Philippus obtinebat beneficium curatũ in Diœceſi Compoſtellana: Alphonſus habebat beneficium ſimplex in Diœceſi Hiſpalen. vterque permutare volens ſuum beneficium pro altero, porrexit ſupplicationem in manus Sanctiſsimi, in qua, vt moris eſt, reſignauit ex cauſſa permutationis, ac ſupplicauit pro admiſsione & mutua collatione. Signata per Papam ſupplicatione & præſtito conſenſu ac litteris expeditis non in forma gratioſa, ſed in forma Dignum ſeu commiſſaria, Alphonſus ſuas litteras præſentauit Ordinario Cõpoſtell.

qui verificata narratiua & conſtito de idoneitate fecit illi vigore illarum collationem de dicta parochiali, ac immiſit in poſſeſsionem de anno 1598. qui per triennium & amplius illam continuauit, ac publicationem in tempore fecit. Dictus verò Philippus, receptis litteris priuſquam gratiam verificaret, nec collationem reciperet, nec publicaret, intra tamen tempus publicandi obijt in partibus de menſe Septembri dicti anni 1598. & per obitum illius, Ordinarius Hiſpalen. dictum beneficium ſimplex contulit cuidam Martino poſſeſsione ſubſecuta. Deinde Dominicus impetrauit à Sede Apoſtolica idẽ beneficiũ vti vacans in Curia ex cauſſa reſignationis factæ per Alphõſũ in manus Papæ. Orta deſuper lis fuit inter Martinũ & Dominicũ: ſimiliter Alphõſus prætendebat remanſiſſe penes ſe dictũ beneficiũ & ſe aliis potiorẽ. Quærebatur quid iuris? Quæſtio trimẽbris eſt; quã exactè examinat Gõzalez *ad Reg. VIII. Cãcell. glo. 15. §. 2. nu. 34.* Igitur in propoſita facti ſpecie dubitabatur primò an Alphõſus haberet ius ad dictũ beneficiũ. Secundò, num in caſu quo Alphõſus nullũ ius haberet, vacauerit dictũ beneficiũ ob nõ factã publicationem à Philippo, vel per obitũ illius? vel potius durauerit vacatio per reſignationẽ factam in manus Sãctiſsimi? Quoad primũ, reſpondet Gõzalez, nullũ ius cõpetiiſſe dicto Alphõſo: quia poſtquã illud reſignauit in manus Sãctiſsimi ex cauſſa permutationis pro

parochiali quã habuit & cõſenſus fuit præſtit',
permutatio perfecta remanſit ac fuit abdicatũ
totum ius quod Alphonſus habebat, vt in Reg.
Cancellariæ Innocentij 43. de Conſenſu in reſignatio. *Rota deciſ. 446. nu. 2. & deciſ. 471. nu. 1. parte 2. Diuerſ. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 1. quæſt. 12. nu. 22.* Nec obſtat doctrina Rebuffi *in praxi, tit. de Permutatio. nu. 28.* dum dicit, quod ſi Titius cauſſa permutationis reſignauit beneficium, vt mihi cauſſa permutationis conferretur, quod mihi fuit collatum, & antequam ego reſignem meum, ipſe præmoriatur; vtrumque, inquit, habebo, & bona (vt dicunt) fortuna gaudere potero, quia non eſt qui de hoc conqueri poſsit: & iuſtè ego obtinui, & mihi collatum fuit, & per me non ſtat cur non adimpleam permutationem, & ſic nihil eſt imputandum mihi, *l. in iure ff. de Reg. iur.* quod latius proſequitur Rebuffus. non inquam obſtat: quòd caſus Rebuffi diſpar ſit à præſenti, in quo reſignatio ex cauſſa permutationis fuit facta & admiſſa, & conſenſus præſtitus, & litteræ expeditæ vt dictum eſt, quod ſecus accidit in caſu prædictæ quæſtionis. Quoad ſecundum dubium, certum eſt dictum beneficium ob non factam publicationem minimè vacaſſe: cùm nondum eſſet lapſum tempus nouem menſium ad publicandum datum per Conſtitutionem Gregorij XIII. & ideò non poteſt imputari culpa, nec mora, nec intrare dicta vacatio vt in termi-

terminis ſunt deciſiones Caſſadori *24. nu. 1. & deciſ. 27. nu. 1. per totam ſuper Reg. Cancell. & deciſ. 4. nu. 4. de locato per text. in cap. Commiſſa 35. in pr. de Electio. in 6. l. In illa 8. l. Inſulam 124. ff. de Verbor. obligat. Flam. Pariſ. d. tract. lib. 3. quæſtio. 2. nu. 8. & ſeqq.* Vnde difficultas ſolùm conſiſtit in eo, an dictum beneficium vacauerit in partibus per obitum Philippi, decedentis in menſe Septembri, vel potius durauerit illa vacatio prius facta in Curia ex reſignatione per Alphonſum in manus Papæ ex cauſſa permutationis: nam tunc videtur quòd vacauerit beneficium in Curia: beneficia enim dicuntur vacare in Curia quæ reſignantur ſeu renunciantur in manus Papæ per Procuratores abſentium, *Flam. Pariſ. tract. de Reſignat. ben. lib. 9. quæſt. 14. nu. 1. Simonetta de Reſeruat. Pet. Tholoſ. de Benef. cap. 28. nu. 3. Rota deciſ. 4. de Præbend. in antiq. Couar. in pract. quæſtio. cap. 36. nu. 4. ante finem verſ. Vacant autem in Curia.* Et videtur, quod durauerit vacatio facta in Curia per reſignationem ex cauſſa permutationis: propterea quòd per gratiam in forma dignum, ac mandatum de prouidendo, acquiritur duntaxat ius ad rem, *cap. Si poſtquam de Præbend. in 6. Gomeſ. in Reg. De non tollẽdo iure quæſito quæſt. 21. nu. 33. & fuit reſolutum in vna Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Illuſtriſſ. Card. Pamphilio.* Cùm autem non adeſt ius in re, non dicitur vacare per obitum beneficium ius tantum ad rem obtinentis, *glo. in Clem. 1. verbo Col-*

latio Vt lite pendente, *Feli. in cap. Cum Bertholdus nu. 3. verſ. Dixit etiam*, *de Re iud. Paulinus de Officio & poteſt. cap. Sede vacante prælud. 7. nu. 16. in fi. Couar. in pract. quæſtio. cap. 36. nu. 7. verſ. Primus caſus conſtituitur*, *Rota deciſ. 186. nu. 1. part. 2. diuerſ. Nauar. conſil. 17. de Celeb. miſſ. nu. 2. & 3. Puteus deciſ. 116. nu. 1. lib. 2.* Vnde Rota ſæpè tenuit quod ſi Titius reſignauerit beneficium in fauorem Sempronij, & poſt litteras expeditas in forma Dignum reſignās decedat, quod non vacat beneficium per obitum illius, ſed vacat per reſignationem in manus Papæ factam. Contra affertur, quod in permutatione, omne ius vnius in alterum transfunditur per ſolam admiſsionem reſignationis reciprocæ à Papa factam: ita quod alia collatio non ſit neceſſaria, & ſine illa perfecta remaneat, *Innocen. in cap. Inter cætera nu. 3. Anchor. ibid. de Præben. Rota deciſ. 16. nu. 3. verſ. Imò etiam plus dicitur, de Rer. permut. in antiq. & deciſ. 1. nu. 3. d. tit. in No.* & proinde videtur quod illa vacatio & renunciatio Alphonſi facta in Curia non durauerit vſque ad gratiam Dominico factam, & ſic quod dictum beneficium Philippi in partibus vacauerit. Non obſtat quod hodie facta renũciatione requiratur expreſſa collatio, *vt not. Garcia tract. de Benef. part. 11. cap. 4. nu. 85. Rota d. deciſ. 16. nu. 6. verſ. Sed licet iſta concluſio*: quoniam in actu admiſsionis per Superiorem factæ ineſt quædam tacita collatio, quæ ſufficit, vt ſit acquiſitum ius in re, &

tacita

tacita collatio æquipolleat expreſſæ, *Rota d. deciſ. 16. Couar. 3. Var. cap. 16. nu. 10.* Caputaquen. *deciſ. 81. nu. 5. part. 1. Rebuff. de pacif. poſſ. nu. 12. & ſeqq. Gonzalez d. §. 2. nu. 59.*

CAP. XVIII. SVMMARIVM.

Vtrum ſi Papa conferat alicui beneficium, & in ipſa gratia apponit Decretum, quod intra ſex menſes dimittat ad ſuas manus primum beneficium, an ſatisfaciet dicto Decreto, permutando dictum beneficiũ cũ alio, vel reſignando in fauorem alterius?

RESpon. quod non: imò non adimplendo conditionem ſeu decretum intra dictum tempus vacabit ſecundum ipſo iure, *Aegid. deciſ. 755. in pr. Rota deciſ. 12. de Re iud. in No. & deciſ. 8. nu. 1. & deciſ. 13. de Rer. permut. in No. & cap. Ex parte 1. de off. leg. in verbo Omnino, & verbo Liberè. Milis in Repert. verbo Gratiam beneficialem impetrans, & ita fuit deciſum in vna Ilerden. Canonicatus 13. Decembris, 1594. coram Illuſtriſſimo Card. Pamphilio.* Dictum autem tempus dimittendi, ſeu nouam prouiſionem obtinendi incipit demum currere à die captæ pacificæ poſſeſsionis, non autem à die prouiſionis ſine

ſine poſſeſsione pacifica, ita vt verba Decreti ciuiliter intelligantur, id eſt, ſequuta poſſeſſione, *Caputaquen. deciſ. 51. nu. 1. & deciſ. 110. lib. 1. & deciſ. 328. nu. 1. lib. 3.* & notitia eiuſdem, *vt fuit reſolutum in vna Tiraſconen. Canonicatus coram Rpd. Orano 8. Nouemb. 1596. vt refert Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. nu. 112.* Itaque ſtante dicta clauſula ſeu decreto de dimittendo, &c. non poterit interim permutare, nec etiam ex iuſta cauſſa reſignare in fauorem & cum reſeruatione penſionis, licet Flam. Pariſ. *de Reſig. benef. lib. 3. quaeſt. 1. nu. 64. & 95.* aliud velit; quanquam poſtea dicat quòd hodie in dicta clauſula apponatur reſtrictiua hæc, vt liberè dimittat; ne poſsint reſignare in fauorem, neque etiam cum aliqua reſeruatione penſionis, aut fructuum, vt antea fiebat tempore fœlicis recordationis Gregorij XIII. quodque ita ſe hodierna praxis habeat. Et hodie à tempore S. D. N. Clementis VIII. quò magis vitentur ſimiles renunciationes, dicitur in d. decreto, *quod in manibus Romani Pontificis tantum liberè cum ſpecifica mentione praeſentis Decreti, dimittere omninò teneatur, &c.* Vnde is cui poſitum eſt huiuſmodi Decretum, ſiue poſt habitam poſſeſsionem ſecundi, ſiue ante, non poterit reſignare primum coram Papa conditionaliter, ſeu ex cauſſa permutationis, non facta mentione dicti Decreti, aliàs reſignatio eſſet ſubreptitia & nulla à principio, *Rota deciſ. 13. in fi. de Rerum permut.* licet

tet non eſſet ſimoniaca, *Farin. conſ. 75. nu. 1. & 17.* nec etiam poterit coram Ordinario reſignare ſimpliciter, vel ex cauſſa permutationis, aliàs lapſo dicto termino vacabit vtrumque ad diſpoſitionem ſolius Papæ ex dicto Decreto cui non paruit. Et quamuis interim valuiſſet reſignatio ſeu permutatio facta coram Ordinario, tamen habita poſſeſsione ſecundi, & adueniente tempore dimittendi, irrita cenſebitur ex d. decreto maximè irritante moriente tamen illo, ſeu matrimonium contrahente, &c. ante aduentum dicti temporis non intrabit decretum in beneficiis ſic vacantibus; nec erũt reſeruata, &c. ex quo vacarunt aliàs ante aduentum temporis & conditionis; nec irrita cenſebitur dicta reſignatio ſeu permutatio, *Nicol. Garcia de Benef. part. 11. cap. 5. nu. 60. & ſeq. vbi nu. 63. citat Flam. Pariſ. de Reſig. benef. lib. 8. quæſt. 7. nu. 103. qui formam dimiſsionis ſeu reſignationis iuxta Decretum ponit.*

CAP. XIX. SVMMARIVM.

An Regula Cancellariæ de Impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium comprehendat beneficia renunciata ex cauſſa permutationis?

CVm Regula Cancellariæ prædicta diſponens Impetrantes beneficia vacantia per

obitum familiaris vnius Cardinalium, debere prius obtinere conſenſum illius Cardinalis, alioqui gratia ſit nulla, comprehendat tantum caſum mortis, ſitque ex communi DD. opinione odioſa & exorbitans, æquius melius videtur illam non extendendam ad caſum mortis ciuilis, ſiue ad beneficia ex cauſſa permutationis renunciata, *Gomeſ ad d. Reg. quæſtio. 4. in fi.* quia quando lex vel diſpoſitio eſt odioſa, tunc propter ſimilitudinem non infertur ad ſimilem caſum odioſum, *Præſes in loco A ſimili, fallen. 5.* Et ſicut in Legibus correctoriis non eſt licita extenſio ex identitate rationis, *text. cum glo. in Authen. Quas actiones verſ. An idem in Ciuitate C. de Sacroſ. Eccleſ. ibique Bart. & DD.* ita etiam ceſſat extenſio in diuerſis caſibus, & vbi diuerſa militat ratio, *Menoch. de Præſumptio. lib. 1. præſumpt. 57.*

Cap. XX. Svmmarivm.

An reſignans ex cauſſa permutationis gaudeat beneficio Regulæ de Triennali, ſi in poſſeſſione beneficij permutati per triennium remanſerit?

Qværſtionem hanc in medium producit Lud. Gomeſius *ad d. Reg. quæſtio. 24.* quo in loco

loco reſoluit pro parte negatiua, maximè hac adductus ratione, quod Regula de Triennali non tueatur merum detentatorem ſine titulo ſaltem colorato. Renuncians autem etiam ex cauſſa permutationis perdit titulum & poſſeſsionem, & manet in mera detentione beneficij, *Rota deciſ. 1. de Rer. permut. in No. & deciſ. 16. eod. tit. in Antiq.* Itaque, licet poſtea per triennium poſsideat, manet merus detentator, & ſic non debet defendi per Regulam de Triennali. Quod tamen limita niſi compermutans, beneficium permutatum renuncianti retrocedat, & cum dicto retroceſsionis titulo poſſeſsionem triennalem continuaſſet & compleuiſſet: quippè tum exceptione dictæ Reg. tueri ſe poterit, vt notat Gomeſ. *dicta quæſt. in fine.*

CAP. XXI. SVMMARIVM.

Coadiutoria temporalis auctoritate Ordinarij conceſſa non impedit quominus coadiutus permutaret vel reſignet.

VIdi dubitari, & me Recuperatore ſeu Cõmiſſario D. Officialis Leodieñ. cõtrouerti in hac facti ſpecie. D. Mathias Paſtor Eccleſiæ parochialis de NederItter Diœceſis

Leodieñ. planè decrepitus & capularis, pro ſuggeſtu dictæ Eccleſiæ declarat palam & publicè ob incommoda ſenectutis deinceps ſuo ſe munere paſtorali defungi velle, ac Coadiutorem ſibi dari cupere: quod ipſum identidem repetit in Concilio prouinciali coram D. Archidiacono: qui tandem D. Hermannum dictoMathiæ paſtori Coadiutorem dat, illumque in dicta Cura inſtituit præuia etiam aſsignatione congruæ portionis è reditibus dictæ Eccleſiæ parochialis. Intereà dum idem Hermannus eſt in poſſeſsione & exercitio dictæ curæ plurium annorum ſpacio, contingit D. Mathiam inire permutationem dictę curæ ſeu Eccleſiæ parochialis cum D. Ioanne, qui illi loco dictæ Eccleſiæ, aſsignat ſimplex beneficium perpetuum. Hac permutatione necdum auctoritate Superioris expleta, Hermannus prætendens ſe turbari in poſſeſsione dictæ Eccleſiæ parochialis, vtpote habens per eiuſmodi Coadiutoriā temporalē ius ad rem, in præiudicium cuius dictus D. Mathias cedere aut permutare nequibat, recurrit ad R. Dominum Aegidium de Glen Officialem Leodieñ. virum ſanè vt integerrimum, ſic prudentiſsimum, & doctiſsimum, ab eoque mandatum Retinendæ poſſeſsionis cum clauſula Niſi cauſſam, &c. impetrat, cui ſe termino ſeruiente opponit idem Mathias, & Ioannes pro ſuo Intereſſe. Quærebatur, an ſubſiſteret mandatum?

Ego

Ego cauſſæ datus Recuperator ſeu Commiſſarius, reuocaui & caſſaui eiuſmodi mandatū, vtpote quod omni iuris adminiculo careret. Primò, quia turbari nō cenſetur in poſſeſſione dictæ Eccleſiæ D. Hermannus, ad quam nullum ius, nullum titulum habuit: nec enim habuit per Coadiutoriā cum futura ſucceſsione, cùm illam concedere minus potuerit Archidiaconus, obſtante decreto Concilij Triden. *d. ſeſſ. 25. cap. 7. Refor.* quod diſponit Coadiutorias cum futura ſucceſsione non dari aut concedi, niſi auctoritas S. Pontificis interueniat, in quo etiam cōueniunt iura Canonica, *vt not. Lambert. de iure pat. 1. p. 2. l. q. 6. art. 20. Nauar. cōſil. 1. de cler. ægrot. Flam. Pariſ. de Reſig. lib. 6. q. 5.* Secūdò, quia huc vſque nō conſtat de examine & approbatione D. Hermanni ad parochialem controuerſam, quod tamen factum oportuit non ab Archidiacono, ad quem non ſpectat eiuſmodi examen, ſed ab Ordinario & examinatoribus ad id deputatis, aliàs non valet eiuſmodi inſtitutio, *Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 18. de Reform.* Nec mihi obſtabat quod videretur per conſenſum poſſeſſoris in Coadiutorem factam eſſe reſignationem, *glo. in cap. beneficium de Regular. in 6.* quia hoc procedit quādo conſenſus eſt quod prouideatur alteri de beneficio ſtatim, ſimpliciter, perfectè & irreuocabiliter. Hic autem vel conſenſit futuræ ſucceſsioni, & tunc conſenſit per mortem ſuā,

non autem ipſo viuente, & ſic talis cõnſenſus non poteſt inducere reſignationem, *Mohed. deciſ. 10. ibi Nec obſtat de Priuileg.* maximè coram Archidiacono qui coadiutorias expedire, vt dictum eſt, non poteſt; vel conſenſit ſimpliciter ſine futura ſucceſsione, propter fauorem & vtilitatem Eccleſiæ ſeu cultum diuinum, cui intendere non poteſt propter ſenium, vt in caſu præſenti, & tunc minor eſt ratio vt reſignatio dici queat, vel priuari, ex tali Coadiutoria *N. Garcia tract. de benef. part. 4. cap. 5. nu. 5.* quia quod in eius fauorem introductum eſt, in illius fraudem & odium retorqueri non debet, *cap. Ad Apoſtolicam de Regul. cap. quod ob gratiam 61. de Reg. iur. in 6. l. Non eo minus C. de Procur.* Ideoque non obſtante eiuſmodi Coadiutoria, reſignare, vel ſimpliciter, vel ex cauſſa permutationis poterit. Scio Archidiaconos Leodien̄. tam iure communi, quàm ſtatutis, & Concordatis cum Epiſcopo initis, poſſe Rectoribus Eccleſiarum regendi impotentibus, etiam inuitis Coadiutores dare: verùm id cum reſtrictione, vt nimirum temporaneos duntaxat, & idoneos per Examinatores Ordinarij repertos. Ac ne tunc quidem Coadiutis aufertur facultas quo minus de beneficiis ſuis liberè diſponant, cùm alioqui id eſſet contra omnia iura, *vt eſt text. in cap. ex parte, cap. fin. de Cler. ægrot. cap. 1. d. t. in 6.*

cap.

cap. Petiſti 7. quæſt. 1. cap. 1. de Suppl. neg. prul. in 6. Nauar. conſil. 1. de Cler. ægrot. P. Greg. de benef. cap. 7. nu. 13. Lancell. in Inſtit. Canon. lib. 1. tit. de Coadiut. §. 1. & vlt. Nec obſtat text. in cap. Tua nos, de cler. ægrot. ibi: *ab adminiſtrationis officio debet remoueri*: quia intelligendus eſt debere remoueri quoad exercitium ſolum, *vt not. ibi glo. & Lancellot. d. tit. verbo nullo pacto, & nouiſſimè Garcia tract. de Benef. part. 4. cap. 5. nu. 6.* Hinc infertur, quod nedum Coadiutori prohibetur perceptio fructuum ſeu adminiſtratio temporalium, verumetiam ſeruitium & aſſiſtentia in Choro & Capitulo, niſi de conſenſu & voluntate Coadiuti, *Garcia d. tit. nu. 59.* vbi multa cumulat de Coadiutoria, multos ibi appellans qui de ea ſcripſerunt. Tertiò & denique mouebat me quod nulla interuenerat Canonica repoſitio in manus Ordinarij collatoris vel Superioris poteſtatem habentis, id quod neceſſariò fieri debebat ad effectum obtinendæ prouiſionis ſeu inſtitutionis, *Flam. Pariſ. de Reſig. benef. lib. 1. quæſt. 1.* Nam etiamſi D. Mathias pro ſuggeſtu Eccleſiæ declarauerit velle ſe dimittere Eccleſiam parochialem propter ſenium, &c. non tamen in manus Ordinarij dimiſit, & longè diuerſa ſunt, reſignatio & promiſſio de reſignando, *Rebuff. in praxi ad Reg. 19. in verbo Reſignauerit.* Ex quibus dicebam non obeſſe dictũ Anto. Milis

in Repert. verbo Renunciatio fol. mei 403. vbi ſcribit quod renunciare videatur ſuo beneficio qui conſentit vt alteri conferatur, & Epiſcopus in conferendo videtur renunciationem acceptaſſe, *per not. Fred. de Senis tract. de Permut. quæſt. 29.* Poſtremò, non mouebat doctrina Abbatis, *in cap. ex ore nu. 5. de his quæ fiunt à maiore parte capit.* dicentis Renuntiationem beneficij tacitè induci, cùm quis alium licet intruſum pro beneficiato recognoſcit, eiuſmodique tacita renunciatio, tacitè etiam cenſetur à Superiore acceptata, *Abb. d. loco nu. 10.* quia D. Mathias nunquam illum pro beneficiato ſeu inſtituto in ſua Eccleſia parochiali agnouit, imò tantum pro nudo miniſtro ſeu deſeruitore & Coadiutore temporali, cum quo etiam de pretio deſeruituræ pepigerat, vt ex iuribus reproductis conſtabat. Vnde ſenſi mandatum reuocandum expenſis Impetrantis.

Cap. XXII. Svmmarivm.

Vnus à duobus permutare volentibus conſtitui Procurator poteſt.

De Procuratoribus ad permutandum datis ſolet dubitari, an vnus poſsit conſtitui à duobus permutare volentibus? Dubium mouet Paulus IC. *in l. licet §. ſi plures ff. de Procur.*

cur. vbi pluribus cohæredibus familiæ herciſcundæ, aut communi diuidundo agentibus permittendum non eſſe eundem procuratorem dare, reſpondet. Eo tamen nonobſtante cum Fred. de Senis *tract. de Permut. benef. nu. 63.* cenſuerim ſubſiſtere permutationem. Nec obſtat d. §. Si plures: quia loquitur in iudiciis contentioſis, in quibus iniquitas ab vna parte neceſſariò ſtare debet; quò fit vt vtriuſque patrocinium ſuſcipere nequeat idem procurator ſine Iuſtitiæ demolitione. Vnde ſi poſtea de permutatione lis inter permutantes oriretur, non poſſet vnus idemque procurator vtrique inſeruire, *d. l. licet §. Si plures.* Quomodò porrò talis procurator officium ſuum exerceat quoad actum permutationis videatur Fred. de ſenis *d. nu. 63.* & Io. Nicolai *in ſuo Enchridio cap. XI. nu. 1.*

CAP. XXIII. SVMMARIVM.

1. *An generale procuratorium ſufficiat ad renunciandum?*
2. *Procurator generaliter conſtitutus donare vel alienare non poteſt.*
3. *Mandatum pro cura ad permutandum beneficia obtinenda ſubſiſtit.*

BReuiter reſpondendum non ſufficere generale mandatum: ſiquidem beneficia nō 1.
ſint

ſint expreſſa ſpecialiter, *textus in Clem. 1. de Renuntiat.* probatque Azorius *lib. 7. Inſtit. moral. cap. 29.* & Petrus Rebuffus *in praxi tit. de Procur. ad reſig. conſtit. nu. 22.* nam nec Procurator ge-
2. neraliter conſtitutus vigore ſui mandati donare vel alienare poteſt, *l. procurator cui. ff. de procur.* etiamſi liberam alioqui habeat adminiſtrationem, teſte eodem Rebuff. *per cap. fin. de offic. Vicar. in 6.* Vnde efficitur generale mandatum non ſufficere ad ineundam permuta-
3. tionem; licet videatur ſubſiſtere conſtitutio procuratoris ad recipiendum & acceptandum, ac permutandum beneficia impoſterum obtinenda, vt not. Aufrerius *ad deciſ. 486. Capellæ Tholoſ.* Aduerte interim, quod ſi procurator ſit datus cum ſpeciali mandato ad reſignandum vel permutandum, quod valebit per eum renunciatio facta non obſtante conſtituentis reuocatione, ſi ad illius notitiam eiuſmodi reuocatio non peruenerit, *text. in Clem. vnica de Renunciat.* niſi fortè per Procuratorem aut Superiorem ſteterit, aut malitioſè factum fuerit, quo minus ad eos vel eorum alterum ante ceſsionem, ſeu renunciationem potuerit reuocatio perueniſſe, *d. Clem. vnica in fine.*

CAP.

CAP. XXIIII. SVMMARIVM.

1. *Procurator ad permutandum & reſignandum datus cum iuramento de eo non reuocando, an poſtea reuocari poßit?*
2. *Papa non abſoluit quem à iuramento in praiudicium tertij.*
3. *Hodie de ſtylo Rom. Curia valet reuocatio procuratoris conſtituti ad permutandum vel cedendum licet conſtituens iurauerit non reuocare.*
4. *A Concordia in beneficialibus licitum eſt recedere ante beneplacitum Sedis Apoſtolica.*

PRocurator ad permutãdum cõſtitutus eſt cum iuramento quod eum non reuocabit, an obſtet iuramentum, quo minus conſtituens illum reuocare poſsit, dubitatur. Licet non deſint qui exiſtiment iuramento non obſtante procuratorem ſic datum reuocari poſſe, inter quos eſt Fred. de Senis *conſ. 16.* laudatus à Geminiano *in cap. fin. nu. 5. de Procur* extat tamen contraria Rotæ ſententia, *deciſ. 103. in antiq. aliàs 8. de Procur.* vbi ſcribitur obſtante priori iuramento conſtituentem non poſſe reuocare: nam omne iuramentum quod nõ vergit in detrimentum ſalutis animæ ſeruandum eſt, ideoque quicquid fit contra iuramentum præſtitũ 1.

non

non valet, *Innoc. in cap. Dilecto de Reſcript. Archid. in c. pen. de Reſcript. in 6. & in cap. Si à ſede de Præ-*
6. *bend.* Adeò quod nec Papa poſsit abſoluere ab eiuſmodi iuramento in præiudicium partis, iuxta not. Felij. *in cap. Conſtitutus. nu. 15. de Reſ-*
3. *cript.* Veruntamen, à præcitata Rotæ antiquæ deciſione receſsiſſe videtur nouiſsima Mohedani *28. de Renunciat.* vbi dicitur quod licet cõſtituatur Procurator ad cedendum cum iuramento de non reuocando, valeat tamen reuocatio, *glo. cap. fin. de Procur. in 6.* adde Flam. Pariſium *de Reſignat. benef. lib.* & Declarationem Concilij Triden. *ad Cap. XXI. de Reform. in parte 4. Deciſionum Farinacij ad d. ſeſſ.* verba ſunt hæc: Cùm habens parochiam iuraſſet non reuocare procuratorem quem fecerat ad reſignandum,
4. petijt vt abſolueretur à iuramento, quo loco viſum eſt Procuratorem poſſe reuocare. Facit reſolutio in cauſſa Toletana & Albulen. penſionis coràm D. Reomano anno 1553. vbi fuit deciſum à concordia in beneficialibus licitum eſſe recedere ante beneplacitũ Sedis Apoſtolicæ. Primò, quia in contractibus innominatis re integra eſt locus pœnitẽtiæ, *l. ſi pecuniã ibi glo. de Cõd. ob cauſſam.* Secũdò, quia cõcordia in beneficialibus non valet etiam cum iuramento, *cap. Conſtitutus, & cap. Super eo de Tranſactio.* Nec clauſula *Saluo beneplacito* quicquam operatur ante confirmationem Papæ, quoad validitatem concordiæ, licet operetur ne partes incur-
rant

rant pœnam contrahendo ſuper re ſpirituali, adeò quod ſi antequam ſuperueniat beneplacitum pœnitentia interuenerit, irritabitur cōcordia, *Abb. in cap. Super eo in ſi de Condit. appoſ.* Ita in d. Toletana & Albulen. fuit deciſū. Adde Cæſarē de Graſsis *deciſ. 192. nu. 2.* Gonzalē *ad Reg. 8 glo. 12. nu. 80. & ſeq.* vbi ſcribit quod concordiam non ſeruans, licet poſsit pœnitere tamen alteri parti tenetur ad expenſas ratione concordiæ factas, quod tamen non probat Nicol. Garcia *de beneſ. part. 2. cap. vlt. in ſi.* cùm recedens à concordia iure ſuo vtatur inquit.

CAP. XXV. SVMMARIVM.

1. *Quid ſi Procurator ad permutandum conſtitutus anno demum exacto poſt conſtitutionem permutet?*
2. *An conſtitutus ad permutandum coram Papa poſsit coram Ordinario vel alio permutare.*
3. *An procurator qui conſenſit ſeu renunciauit intra annum, mortuo poſtea principali ante expeditionem litterarum, poſsit cogi pro illarum expeditione.*

EQuidem quoad primam quæſtionem non putem eiuſmodi permutationem valere ratione quam mouit Pet. Rebuffum *in praxi. tit. de procur. ad reſig. conſtit. nu. 18.* exiſtimantem reſigna-

ſignationem virtute procuratorij anno elapſo factam nullius eſſe roboris: quod tanto nimirum temporis interſtitio mutata volũtas præſumatur. *arg. l. Peregrè ff. de acq. poſſ.* Vnde Alfonſus Soto, quem nunc notis habeo illuſtratum & breui edendum, dicit ad Reg. Cancell. 43 in fine, non ſolere Cancellariam admittere procuratoria ad reſignandum poſt annum, licet alioqui Camera Apoſtolica eiuſmodi procuratores admittat. vt ſcribit, ſecundum cuius doctrinam extare Ampliſsimi ordinis Tholoſani placitum ſcribit idem Rebuffus *d. loco.* Prouiſio tamen obtenta à Papa hoc ſuppreſſo quod mandatum erat ſuperannale, ſubreptitia eſt, & ſic ipſo iure nulla; quia hoc expreſſo Papa non tam de facili admiſiſſet, quod ad ſubreptionem ſufficit vt ſcribit Auctor Analyt. Comment. nu. 401. ad Reg. de Publicandis. Quoad ſecundam, idem Rebuffus dicto
2. iam loco ſcribit procuratorem conſtitutum ad reſignandum coram Papa, non poſſe coram Ordinario, vel alio reſignare. Quippe qui excederet fines mandati, *per cap. Cum dilecta de Reſcript.* Idem ergò in permutatione dicendum ab identitate rationis. Quoad tertiam, qua
3. queritur, an ſi intra annum conſenſerit Procurator renuntiaueritque ex cauſa permutationis beneficio ſui principalis, ſed ante expeditionem litterarum mortuus ſit principalis, cogi

cogi poſsit ad conſentiendum, vt expediantur dictæ litteræ? Pro affirmatiua reſoluit Rota apud Caſsiad. *deciſ. 1. de Renuntiat.* Nam licet voluntas, inquit, & mandatum morte finiatur. *l. 4. ff. locati c. ſi gratioſè de Reſcript.* actus tamen permutationis erat iam perfectus; vnde conſenſus ſubſequens procuratoris pro expeditione litterarum non eſt, niſi executio ad actum perfectum, *per not. Caſsiad. d. deciſ. nu. 4.*

CAP. XXVI. SVMMARIVM.

Vtrum beneficia vacent in Prouincia in qua facta eſt Procuratoris conſtitutio? an verò in qua Procurator moratur?

AMbigi non oſcitanter poteſt, an beneficia vacent in Prouincia in qua Procurator permutat, an verò in qua Dominus commoratur, & procuratorem conſtituit? Hanc quæſtionem mouet P. Azorius *part. 2. Inſtit. moral. lib. 7. cap. 29. Verſ. Quæres rurſum.* breuique aduerſus Imolam *in cap. vlt. de Rer. permut.* reſoluit ibi vacare vbi Procurator permutauit, non etiam vbi facta eſt Procuratoris conſtitutio, & ideò, inquit, ſi duo Clerici in Curia Rom. commorantes conſtituant procuratores extra Curiã vt ipſorũ beneficia permutent,

mutent, nullo iure coguntur permutationes facere coram Romano Pontifice, ſed coram Ordinario loci vbi procuratores permutant, cuius ſententiæ adſtipulator eſt præter Rebuffum *in ſua praxi tit. de Procur. ad reſig. conſtit. nu. 28.* Geminianus *in cap. Licet Eccleſiarum nu. 7. de Prabend. in 6. ibique Archid. cui adde P. And. Gammarum. ad cap. Licet. nu. 146. de Rer. permut.*

Cap. XXVII. Svmmarivm.

1. *Laici arceantur à tractatione rerum ſpiritualium intellige vt nu. 4.*
2. *Clerici non ſunt idonei procuratores rerum ſæcularium.*
3. *Laici vtiliter conſtituuntur Procuratores ad actus permutationum.*
5. *Laicus procurator generalis & adminiſtrator bonorum Eccleſiæ eſſe non poteſt.*
6. *Laicus non poteſt conſtitui ad renunciandum in fauorem cuiuſcumque perſonæ per eum nominandæ.*
7. *An ſubſiſtat renuntiatio & permutatio beneficij facta à Procuratore reuocato?*
8. *Permutatio vt non valeat ſufficit quod reuocatio intimetur permutanti, licet non Procuratori vel Superiori.*
9. *Reuocatio mandati ad reſignandum ſimpliciter intimari debet non ſolum principali in cuius fauorem*

norem facienda erat reſignatio, ſed etiam Procuratori.

VTrum laicus conſtitui poſſit Procurator ad expediendam permutationem à Doctoribus quæſitum eſt. Dubitationem mouet, quòd Canones perſonas laicas quantumcunque religioſas, à tractatione, adminiſtratione, & procuratione rerum Eccleſiaſticarum & ſpiritualium multis in locis arceant. *cap. decernimus. de Iudicijs, cap. Laicis cum ſeqq. in 6. quæſt. 7. Peckius ad cap. 1. de Procur. in 6. Geminian. in cap. non indiſcretè. §. Procurator de Procur. in 6.* tum quòd eiuſmodi rerum gubernationem, curam & præfecturam, propter diuerſitatem, profeſſionis, ſeu vitæ, ſuſpectam habeant, *cap. in noua 16. quæſt. 7.* tum quòd naturalem & prauam, atque malè affectam eorum in Eccleſiaſticos voluntatem timeant, *cap. 3. de Immunit. Eccleſ.* tum denique quòd vice verſa Clerici ad ſuſcipiendam procurationem ſæcularium cauſarum minimè admittantur, *cap. 2. ne Clerici vel monachi, &c.* vt non iniquum pleriſque viſum ſit, eos qui in laicali cōditione verſantur, procuratores rerum ſacrarum eſſe non poſſe. *Peckius d. loco.* Hiſce tamen non obſtantibus, reſolutiuè dicendum, laicos vtiliter conſtitui procuratores ad expediendum actum permutationis, *arg. cap. 1. de Procur. in 6.* probatque hanc ſententiam præter Rotam *deciſ. 11. & 103. in fi. in*

1.

2.

3.

antiq. Io. Andr. in cap. Accedens, & in cap. 2. de Præbend. & in cap. quod alicui ſuo de Reg. iur. in 6. Geminia. & Philip. Franc. *in cap. 1. per illum text. de Procur. in 6.* Felijnus *in cap. Apoſtolicæ nu. 5. de Exceptio.* quo in loco ſcribunt laicum poſſe pro Clerico acceptare beneficium vt procuratorem: & in terminis Rotæ deciſ. extat valere beneficij permutationem per procuratorem laicum expeditam, quam appellat Gammarus *ad cap. licet. nu. 141. de Rer. permut. part. 2.* & Felij-
4. nus *in d. cap. Apoſtolicæ.* Nec mouent in contrarium adducta. nam quod illis in locis prohibetur laicis negotia tractare Eccleſiaſtica, temperatè accipiendum eſt: non enim dicitur ne omninò tractent, ſed ne tractare præſumant propriâ ſcilicet auctoritate, temerè, ſuoque veluti iure, non vocati, non conſulti, non electi, & abſque mandato, *Anch. in cap. decernimus, in 1. oppoſ. de Iudic.* Et licet verbum (*Tractare*) latiſſimè pateat, debet tamen ſecundum ſubiectam materiam intelligi, inquit Decius, *ibid. nu. 1. & 2.* videlicet quod Laici ea negotia tractare non poſſunt iudicando & diſponendo, non etiam ſimplicem operam adhibendo, quę nihil ſpiritualitatis habet, nullumque periculum rebus Eccleſiæ affert, eoque ſenſu accipiendum eſſe videtur antiqua illa deciſio Barbatij aduerſus Panorm. *in d. cap. Decernimus.* quòd,
5. Laicus generalis Procurator & adminiſtrator bonorum Eccleſiæ noxia eſſe poſſet, ſed ita

ſolum

ſolum ſi poteſtas illius Laici ita conſtricta ſit, vt abſque diſpoſitione & voluntate Prælati nullam habeat voluntatem, *d. cap. in noua. & c. Iudicatum.* Hinc infertur, Laicum incapacem 6.
eſſe mandati ad reſignandum in fauorem cuiuſcumque perſonæ per ipſum nominandæ: quia tunc laicus non nudum miniſterium, ſed etiam electionem & arbitrium haberet, & in totum ab eius arbitrio diſpoſitio rei ſpiritualis dependeret, quod eſt prohibitum, *d. cap. Decernimus de Iudic. cap. Sacroſancta, cap. Maſſana de Electio.* Sed ne à lineis excidam, quæro quid ſi 7.
ante expeditam ſeu abſolutam permutationē & renuntiationem reuocatus ſit procurator; ſubſiſtétne eiuſmodi renuntiatio & permutatio? non negat Felijnus *in cap. ex parte Decani, nu. 15. de Reſcript.* ſi tamen Procurator neſcius fuerit reuocationis, *text. in Clem. 1. de Renuntiat. Felij ibid.* Secus, ſi Procurator, vel is cum quo permutatio fieri debebat, certior factus ſit reuocationis, *Geminianus in cap. Procurator §. ſanè, nu. 6. verſ. Sed pone. de Procur. in 6.* Sufficit enim ſi alterutri, vel domino, vel procuratori fiat inſinuatio reuocationis. *glo. in d. Clem. vnica.* Hinc decidit Rota, ſufficere inſinuationem reuoca- 8.
tionis factam permutanti, vt non valeat permutatio ſic facta, licet non inſinuetur Procuratori, *Geminianus in d. cap. fin. §. fin. nu. 6. de Procur. in 6. Mohedanus in nouiſ. Rotæ deciſ. deciſ. 26. alias 180. de Renuntiationibus.* Et ratio eſt, inquit,

quia dolus compermutantis eſt, ſi permutat poſt reuocationem. aliud voluit obſeruari in reſignatione ſimplici: hîc enim nō ſufficit intimare reuocationem mandati principali, in cuius fauorem reſignatio erat facienda, ſed debet intimari procuratori, *per d. Clem. vnic. de Renuntiat. Rot. apud Mohedanum deciſ. 17. Feliỹ. in cap. ex parte Decani col. 10. de Reſcript. adde Gonzalem ad Reg. 8. Cancell. in glo. 63. nu. 48. & ſeqq. Flam. Pariſ. de Reſig. benef. lib 9. quæſtione 25. nu. 12. & ſeqq. & quæſtio. 26. 27. & 28. vbi habes materiam reuocationis Procuratoris ad reſignandum.*

Cap. XXVIII. Summarium.

1. *Diſpoſitionem Conciliỹ Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. non extendendam eſſe ad permutationes beneficiorum plerique ſentiunt, aliỹ contra, vt nu. 6.*
2. *Beneficia permutata propriè non vacant, & ideò vterque habet ius in re, quamdiu permutatio non eſt ſortita effectum, & poſſeſſio remanet penes permutantem.*
3. *Beneficia permutata non cadũt ſub expectatiuis.*
4. *Permutatio habet conditionem ſuſpenſiuam, dũmodo alter alterius beneficium aſſequatur.*
5. *In ſimplici reſignatione nullus titulus remanet penes reſignantem.*
6. *In permutatione, facienda eſt mentio tituli beneficiỹ ad quem quis eſt ordinatus.*

7. Per-

7. *Permutatione exiſtente nulla abſque culpa permutantium, licet permutantibus redire ad ſua beneficia.*
8. *Deciſio Rotæ in vna Leodien. canonicatus coram R. p. d. Remboldo, quâ reſoluitur faciendam eſſe mentionem tituli beneficij ad quem quis promotus eſt, nec ſufficere clauſulam, Cõſtito quod reſignans habeat aliundè. Declara vt nu. 14.*
9. *Ex duobus requiſitis non ſufficit alterum adimplere.*
10. *Diſpoſitio per æquipollens adimpleri non poteſt, quando illa traditur pro forma.*
11. *Affectio non intrat quando reſignatio eſt nulla.*
12. *Papa ſolet concedere reſcriptum Perinde valere quando Reſignans non expreßit ſe ad titulum beneficij fuiſſe promotum.*
13. *Gratia Perinde valere non tollit ius quæſitum tertio.*

QVæſtionis eſt ſatis ambiguæ an Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2.* diſponens reſignationem beneficij, non facta mentione 1. quod ad illius beneficij, titulum ſit promotus, non valere, extẽdendum ſit ad caſum permutationis? Plerique ſunt in illa ſententia, non eſſe extendendam diſpoſitionem Concilij ad permutationem propter diuerſitatem rationis. Nam permutatio eſt contractus bonæ fidei vltro citroque obligatorius, & de iure permiſſus ob Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem,

cap.1.de rer.perm.in 6.& Clem.1.eod.tit.Bulla quæ-
2. *que Pij V.58.§.ad hæc.* Imò, beneficia permutata nõ dicũtur propriè vacare, quia vterque habet ius in re, & quamdiu permutatio nõ eſt ſortita effectũ, ius & poſſeſſio remanent penes permutãtem. *Achill.de graff.deciſ.10.n.1.& 4.Rota deciſ. 4.n.1.de rer.permut.in antiq.Iaſ.conſ.86.l.3.n.42. Farmac.deciſ.111.part.2.in nouiſſ. Card. Seraphinus deciſ.773.n.1. & 12.* & in eis non habet locũ ex-
3. pectatiua, neque optio, *Burſat.conſ.351.n.5.* Reſignans autẽ, per cõſenſum ſemel præſtitũ abdicat à ſe ius & titulũ beneficij & plenè transfertur in reſignatariũ. *Caſ.de graſſ.deciſ.105.aliàs 12. de ſent.& re ind.Sarn.ad Reg.de infirmis q.18.* quod ſecus eſt in permutatione, nam permutans beneficium commutat cũ alio quod omninò ei ſuccedere debet, accedente ſuperioris auctoritate. *Card.in c.quæſitum q.19.n.15.eod.tit.Silueſt. in*
4. *verb.Clericus 4. q. 13.* Siquidẽ permutatio ſolet expediri cum conditione ſuſpenſiua, vt alter alterius beneficium aſſequatur: ideò nec titulus, nec poſſeſſio aufertur à permutante niſi ſit compermutanti quæſitus, quod ſecus in eo
5. qui ſimpliciter reſignat: quia factâ reſignatione, nullũ titulum habere dicitur reſignans, *Put. deciſ.158.n.4. Anaſt. Germ.tract.de Indult.Card. §. Nec non quarũcumque n. 23.* Inſuper cauſa finalis ac mens Concilij, quæ colligitur ex proemio dicti c.2. *Rot.part.1.diuerſ.deciſ.457.in pr.* Ne clericus cogatur mẽdicare, ſecurior eſt in permu-

tante,

tante, quàm in Reſignante, ideò S.Cong. Interpretum Cócilij aliàs decreuit *in vna Camerinen. 1. Iulij 1593.* tutũ eſſe in conſcientia eum qui beneficiũ ad cuius titulũ erat promotus, reſignauit, & aliud ex cauſa permutationis obtinuit, tacẽdo in reſignatione quod erat promotus ad titulum dicti beneficij, dũmodo ſecũdũ ſit æquiualens primò, & ita tenet Garcias *tract. de benef. part. 2. c. 5. n. 218.* Verũ enimuerò, hiſce argumentis non obſtãtibus, eadem S. Cõg. Card. Interpretũ Concilij Trid. poſtea, hoc eſt, anno 1600. Iulij 25. cenſuit perinde faciendam eſſe mẽtionẽ tituli in permutatione, atque in reſignatione cùm talis ſit forma à Cõc. præſcripta, à qua non eſt recedendum, cõſiderata præſertim clauſula irritante, cui nõ poteſt ſatisfieri per æquipollens, vt fuit dictum in vna Aretina plebis 4. Octobris 1600. corã Illmo Mellino relata per Nicol. Garciã *d. tract. part. 1. c. 5. n. 938.* quod etiã probat Hier. Gõzalez *ad Reg. VIII. Cancellariæ,* & latiùs oſtendo ad Reg. Cãcellariæ Apoſtolicæ *Reg. XLII. de conſenſ. in reſig. n. 27. & ſeqq.* quam opinionem quoque probat Cardinalis Mantica *Tract. de Tacit. & ambig. Cõuent. lib. 25. tit. 7. nu. 44.* & Auguſtinus Barboſa *tract. de off. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 19. n. 43. p. 127.* 6.
Confirmatur: quia poteſt contingere caſus, vt permutans quãdoque non habeat beneficium permutatum, vt ſi quis canonicatum cõmutet cum parochiali, & repellatur à parochiali in

examine propter eius inhabilitatem: is enim non poterit redire ad canonicatum, vt decidit Rota, & ſic priuatur vtroque, & remanet ſine
7. titulo: & ratio eſt, quia permutantes demùm redire poſſunt ad ſua beneficia, ſi permutatio non ſortiatur effectum, quando permutatio eſt nulla abſque culpa permutantium. *Germinia conſil. 45. in fin. Card. Tuſchus. pract. concluſ. iuris tom. 6. concluſ. 306. nu. 6.* qua de re ſcripſi ſuprà *part. 3. cap. 9.* quod maximè procedit in permutationibus & reſignationibus coram Ordinario: quia tum huiuſmodi beneficia vacant Sedi Apoſtolicæ, licet S. Cong. declarauerit Ordinarium, qui talem admiſit reſignationem ſeu permutationem, debere alere talẽ reſignantem, aut ſaltem alio modo ei prouidere, *Garcia d. tract. p. 2. c. 5. §. 1. n. 228.* Atque hæc quidem clara & expedita ſunt in permutatione, & longè expeditiora in reſignatione, vt dictum eſt, & ſecundum hanc ſententiam nuper decidit Rota *20. Iunij 1621. coram R. p. d. Rombeldo in vna Leodien. canonicatus*, quam deciſionem hîc inſerendam exiſtimaui, & talis eſt:

8. DOmini dixerunt Canonicatum adiudicandum eſſe Theodoro, quia ipſe fuit de eo prouiſus per obitum Balduini, à Sereniſſ. Electore Colonieñ vigore Indulti ampliſſimi, quod habet à Sede Apoſtolica. Nec obſtat quod dicitur dictum Canonicatum vacaſſe per reſignationem dicti Balduini ad fauorem

Ægi-

Ægidij, & non per ipſius obitum, quia dicta reſignatio fuit nulla, ideoque nec ius quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta reſignatione abdicatum, ſed vacauit per mortem, Caputaque. *n. dec. 215. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1498. nu. 8.*

Quòd autem reſignatio fuerit nulla, patet, quia fuit facta contra formam Concilij Tridentini *c. 2. de refor. ſeſſ. 21.* ex quo non fuit in ea expreſſum quòd Balduinus eſſet promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto capitulo expreſsè diſponitur, & quod hoc caſu reſignatio ſit nulla, tradit Paril. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 6. nu. 36. & 39. Garz. de benef. c. 5. nu. 192. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. §. 10. nu. 35. & tenuit Rota in Aretin. plebis coram Illuſtriſſ. Cardinali Millino relata per eundem Garz. d. c. 5. parte prima, nu. 438.*

Nec obſtat, quod dictum ſacrum Conciliū decreuit, quod dicta mentio fieret in reſignatione ad effectum tantum, nè Clericus in opprobrium ordinis Clericalis mendicare cogatur, & cùm huic incōuenienti ſatis fuerit prouiſum, mediante clauſula, *conſtito quod reſignans habeat aliūdè, &c.* in dictâ reſignatione appoſitâ, videatur dictam reſignationem ob defectum dictæ expreſſionis non poſſe dici nullam, eò quod forma poteſt adimpleri per æquipollens, quando habetur effectus à lege deſideratus, quia fuit reſponſum quod dictum

Conci-

mutent, nullo iure coguntur permutationes facere coram Romano Pontifice, ſed coram Ordinario loci vbi procuratores permutant, cuius ſententiæ adſtipulator eſt præter Rebuſſum *in ſua praxi tit. de Procur. ad reſig. conſtit. nu. 28.* Geminianus *in cap. Licet Eccleſiarum nu. 7. de Prebend. in 6. ibique Archid. cui adde P. And. Gammarum. ad cap. Licet. nu. 146. de Rer. permut.*

Cap. XXVII. Svmmarivm.

1. *Laici arcentur à tractatione rerum ſpiritualium intellige vt nu. 4.*
2. *Clerici non ſunt idonei procuratores rerum ſæcularium.*
3. *Laici vtiliter conſtituuntur Procuratores ad actus permutationum.*
5. *Laicus procurator generalis & adminiſtrator bonorum Eccleſiæ eſſe non poteſt.*
6. *Laicus non poteſt conſtitui ad renunciandum in fauorem cuiuſcumque perſonæ per eum nominandæ.*
7. *An ſubſiſtat renuntiatio & permutatio beneficij facta à Procuratore reuocato?*
8. *Permutatio vt non valeat ſufficit quod reuocatio intimetur permutanti, licet non Procuratori vel Superiori.*
9. *Reuocatio mandati ad reſignandum ſimpliciter intimari debet non ſolum principali in cuius fauorem*

norem facienda erat reſignatio, ſed etiam Procuratori.

VTrum laicus conſtitui poſſit Procurator ad expediendam permutationem à Doctoribus quæſitum eſt. Dubitationem mouet, quòd Canones perſonas laicas quantumcunque religioſas, à tractatione, adminiſtratione, & procuratione rerum Eccleſiaſticarum & ſpiritualium multis in locis arceant, *cap. decernimus. de Iudicijs, cap. Laicis cum ſeqq. in 6. quaſt. 7. Peckius ad cap. 1. de Procur. in 6. Geminian. in cap. non indiſcretè. §. Procurator de Procur. in 6.* tum quòd eiuſmodi rerum gubernationem, curam & præfecturam, propter diuerſitatem, profeſſionis, ſeu vitæ, ſuſpectam habeant, *cap. in noua 16. quæſt. 7.* tum quòd naturalem & prauam, atque malè affectam eorum in Eccleſiaſticos voluntatem timeant, *cap. 3. de Immunit. Eccleſ.* tum denique quòd vice verſa Clerici ad ſuſcipiendam procurationem ſæcularium cauſarum minimè admittantur, *cap. 2. ne Clerici vel monachi, &c.* vt non iniquum pleriſque viſum ſit, eos qui in laicali cōditione verſantur, procuratores rerum ſacrarum eſſe non poſſe. *Peckius d. loco.* Hiſce tamen non obſtantibus, reſolutiuè dicendum, laicos vtiliter conſtitui procuratores ad expediendum actum permutationis, *arg. cap. 1. de Procur. in 6.* probatque hanc ſententiam præter Rotam *deciſ. 11. & 103. in fi. in*

1. (beside line "Doctoribus quæſitum eſt…")
2. (beside line "tum denique quòd vice verſa…")
3. (beside line "kius d. loco. Hiſce tamen…")

antiq. Io. And. in cap. Accedens, & in cap. 2. de Præbend. & in cap. quod alicui ſuo de Reg. iur. in 6. Geminia. & Philip. Franc. *in cap. 1. per illum text. de Procur. in 6.* Felijnus *in cap. Apoſtolicæ nu. 5. de Exceptio.* quo in loco ſcribunt laicum poſſe pro Clerico acceptare beneficium vt procuratorem: & in terminis Rotæ deciſ. extat valere beneficij permutationem per procuratorem laicum expeditam, quam appellat Gammarus *ad cap. licet. nu. 141. de Rer. permut. part. 2.* & Felij-
4. nus *in d. cap. Apoſtolicæ.* Nec mouent in contrarium adducta. nam quod illis in locis prohibetur laicis negotia tractare Eccleſiaſtica, temperatè accipiendum eſt: non enim dicitur ne omninò tractent, ſed ne tractare præſumant propriâ ſcilicet auctoritate, temerè, ſuoque veluti iure, non vocati, non conſulti, non electi, & abſque mandato, *Anch. in cap. decernimus, in 1. oppoſ. de Iudic.* Et licet verbum (*Tractare*) latiſſimè pateat, debet tamen ſecundum ſubiectam materiam intelligi, inquit Decius, *ibid. nu. 1. & 2.* videlicet quod Laici ea negotia tractare non poſſunt iudicando & diſponendo, non etiam ſimplicem operam adhibendo, quę nihil ſpiritualitatis habet, nullumque periculum rebus Eccleſiæ affert, eoque ſenſu accipiendum eſſe videtur antiqua illa deciſio Barbatij aduerſus Panorm. *in d. cap. Decernimus.* quòd,
5. Laicus generalis Procurator & adminiſtrator bonorum Eccleſiæ noxia eſſe poſſet, ſed ita

ſolum

ſolum ſi poteſtas illius Laici ita conſtricta ſit, vt abſque diſpoſitione & voluntate Prælati nullam habeat voluntatem, *d. cap. in noua. & c. Iudicatum.* Hinc infertur, Laicum incapacem 6. eſſe mandati ad reſignandum in fauorem cuiuſcumque perſonæ per ipſum nominandæ: quia tunc laicus non nudum miniſterium, ſed etiam electionem & arbitrium haberet, & in totum ab eius arbitrio diſpoſitio rei ſpiritualis dependeret, quod eſt prohibitum, *d. cap. Decernimus de Iudic. cap. Sacroſancta, cap. Maſſana de Electio.* Sed ne à lineis excidam, quæro quid ſi ante expeditam ſeu abſolutam permutationē 7. & renuntiationem reuocatus ſit procurator; ſubſiſtétne eiuſmodi renuntiatio & permutatio? non negat Felijnus *in cap. ex parte Decani. nu. 15. de Reſcript.* ſi tamen Procurator neſcius fuerit reuocationis, *text. in Clem. 1. de Renuntiat. Felij ibid.* Secus, ſi Procurator, vel is cum quo permutatio fieri debebat, certior factus ſit reuocationis, *Geminianus in cap. Procurator §. ſanè. nu. 6. verſ. Sed pone. de Procur. in 6.* Sufficit enim ſi alterutri, vel domino, vel procuratori fiat inſinuatio reuocationis, *glo. in d. Clem. vnica.* Hinc decidit Rota, ſufficere inſinuationem reuoca- 8. tionis factam permutanti, vt non valeat permutatio ſic facta, licet non inſinuetur Procuratori, *Geminianus in d. cap. fin. §. fin. nu. 6. de Procur. in 6. Mohedanus in nouiſ. Rotæ deciſ. deciſ. 26. alijs 180. de Renuntiationibus.* Et ratio eſt, inquit,

quia dolus compermutantis eſt, ſi permutat poſt reuocationem. aliud voluit obſeruari in reſignatione ſimplici: hîc enim nō ſufficit intimare reuocationem mandati principali, in cuius fauorem reſignatio erat facienda, ſed debet intimari procuratori, *per d. Clem. vnic. de Renuntiat. Rot. apud Mohedanum deciſ. 17. Felij. in cap. ex parte Decani col. 10. de Reſcript. adde Gonzalem ad Reg. 8. Cancell. in glo. 63. nu. 48. & ſeqq. Flam. Pariſ. de Reſig. benef. lib 9. quæſtione 25. nu. 12. & ſeqq. & quæſtio. 26. 27. & 28. vbi habes materiam reuocationis Procuratoris ad reſignandum.*

CAP. XXVIII. SVMMARIVM.

1. *Diſpoſitionem Concilij Triden. ſeſſ. 21. cap. 2. non extendendam eſſe ad permutationes beneficiorum plerique ſentiunt, alij contra, vt nu. 6.*
2. *Beneficia permutata propriè non vacant, & ideò vterque habet ius in re, quamdiu permutatio non eſt ſortita effectum, & poſſeßio remanet penes permutantem.*
3. *Beneficia permutata non cadūt ſub expectatiuis.*
4. *Permutatio habet conditionem ſuſpenſiuam, dūmodo alter alterius beneficium aſſequatur.*
5. *In ſimplici reſignatione nullus titulus remanet penes reſignantem.*
6. *In permutatione, facienda eſt mentio tituli beneficij ad quem quis eſt ordinatus.*

7. Per-

7. *Permutatione exiſtente nulla abſque culpa permutantium, licet permutantibus redire ad ſua beneficia.*

8. *Deciſio Rotæ in vna Leodien. canonicatus coram R. p. d. Remboldo, quà reſoluitur faciendam eſſe mentionem tituli beneficij ad quem quis promotus eſt, nec ſufficere clauſulam, Cõſtito quod reſignans habeat aliundè. Declara vt nu. 14.*

9. *Ex duobus requiſitis non ſufficit alterum adimplere.*

10. *Diſpoſitio per æquipollens adimpleri non poteſt, quando illa traditur pro forma.*

11. *Affectio non intrat quando reſignatio eſt nulla.*

12. *Papa ſolet concedere reſcriptum Perinde valere quando Reſignans non expreſſit ſe ad titulum beneficij fuiſſe promotum.*

13. *Gratia Perinde valere non tollit ius quæſitum tertio.*

QVæſtionis eſt ſatis ambiguæ an Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2.* diſponens reſignationem beneficij, non facta mentione quod ad illius beneficij, titulum ſit promotus, non valere, extẽdendum ſit ad caſum permutationis? Plerique ſunt in illa ſententia, non eſſe extendendam diſpoſitionem Concilij ad permutationem propter diuerſitatem rationis. Nam permutatio eſt contractus bonæ fidei vltro citroque obligatorius, & de iure permiſſus ob Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem, 1.

cap.1.de rer.perm.in 6.& Clem.1.eod.tit.Bulla quoque Pij V.58.§.ad hæc. Imò,beneficia permutata
2. nõ dicũtur propriè vacare,quia vterque habet ius in re,& quamdiu permutatio nõ eſt ſortita effectũ,ius & poſſeſſio remanent penes permutãtem. *Achill.de graſſ.deciſ.10.n.1.& 4.Rota deciſ.4.n.1.de rer.permut.in antiq.Iaſ.conſ.86.l.3. n.42. Farinac.deciſ.111.part.2. in nouiſſ. Card. Seraphinus deciſ.773.n.1. & 12.* & in eis non habet locũ ex-
3. pectatiua,neque optio,*Burſat.conſ.351.n.5.* Reſignans autẽ,per cõſenſum ſemel præſtitũ abdicat à ſe ius & titulũ beneficij & plenè transfertur in reſignatariũ.*Caſ.de graſſ.deciſ.105.aliàs 12.de ſent.& re iud.Sarn.ad Reg.de infirmis q.18.* quod ſecus eſt in permutatione,nam permutans beneficium commutat cũ alio quod omninò ei ſuccedere debet,accedente ſuperioris auctoritate.*Card.in c.quæſitum q.19.n.15.eod.tit.Silueſt. in verb.Clericus 4. q. 13.* Siquidẽ permutatio ſolet
4. expediri cum conditione ſuſpenſiua, vt alter alterius beneficium aſſequatur : ideò nec titulus, nec poſſeſſio aufertur à permutante niſi ſit compermutanti quæſitus,quod ſecus in eo
5. qui ſimpliciter reſignat : quia factâ reſignatione,nullũ titulum habere dicitur reſignans,*Put. deciſ.158.n.4. Anaſt. Germ.tract.de Indult.Card. §. Nec non quarũcumque n. 23.* Inſuper cauſa finalis ac mens Concilij, quæ colligitur ex procmio dicti c.2.*Rot.part.1.diuerſ.deciſ.457.in pr.* Ne clericus cogatur mẽdicare, ſecurior eſt in permutante,

tante,quàm in Reſignante,ideò S.Cong.Interpretum Cócilij aliàs decreuit *in vna Camerinen. 1. Iulij 1593.* tutũ eſſe in conſcientia eum qui beneficiũ ad cuius titulũ erat promotus,reſignauit, & aliud ex cauſa permutationis obtinuit, tacẽdo in reſignatione quod erat promotus ad titulum dicti beneficij,dũmodo ſecũdũ ſit æquiualens primò, & ita tenet Garcias *tract. de benef. part. 2. c. 5. n. 218.* Verũ énimuerò,hiſce argumentis non obſtãtibus,eadem S.Cóg.Card. 6.
Interpretũ Concilij Trid.poſtea,hoc eſt,anno 1600. Iulij 25. cenſuit perinde faciendam eſſe mẽtioné tituli in permutatione,atque in reſignatione cùm talis ſit forma à Cóc. præſcripta, à qua non eſt recedendum, cõſiderata præſertim clauſula irritante, cui nõ poteſt ſatisfieri per æquipollens, vt fuit dictum in vna Aretina plebis 4. Octobris 1600. corã Illmo Mellino relata per Nicol.Garciã *d.tract.part. 1.c.5. n.938.* quod etiã probat Hier. Gõzalez *ad Reg. VIII. Cancellariæ,* & latiùs oſtendo ad Reg. Cãcellariæ Apoſtolicæ *Reg. XLII. de conſenſ. in reſig. n. 27. & ſeqq.* quam opinionem quoque probat Cardinalis Mantica *Tract. de Tacit. & ambig. Cõuent. lib. 25. tit. 7. nu. 44.* & Auguſtinus Barboſa *tract. de off. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 19. n. 43. p. 127.* Confirmatur: quia poteſt contingere caſus, vt permutans quãdoque non habeat beneficium permutatum, vt ſi quis canonicatum cõmutet cum parochiali, & repellatur à parochiali in

Ægidij, & non per ipſius obitum, quia dicta reſignatio fuit nulla, ideoque nec ius quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta reſignatione abdicatum, ſed vacauit per mortem, Caputaque. *n. dec. 215. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1498. nu. 8.*

Quòd autem reſignatio fuerit nulla, patet, quia fuit facta contra formam Concilij Tridentini *c. 2. de refor. ſeſſ. 21.* ex quo non fuit in ea expreſſum quòd Balduinus eſſet promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto capitulo expreſsè diſponitur, & quod hoc caſu reſignatio ſit nulla, tradit Paril. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 6. nũ. 36. & 39. Garz. de benef. c. 5. nu. 192. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. §. 10. nu. 35. & tenuit Rota in Aretin. plebis coram Illuſtriſſ. Cardinali Millino relata per eundem Garz. d. c. 5. parte prima, nu. 438.*

Nec obſtat, quod dictum ſacrum Conciliũ decreuit, quod dicta mentio fieret in reſignatione ad effectum tantum, nè Clericus in opprobrium ordinis Clericalis mendicare cogatur, & cùm huic incõuenienti ſatis fuerit prouiſum, mediante clauſula, *conſtito quod reſignans habeat aliũdè, &c.* in dictâ reſignatione appoſitâ, videatur dictam reſignationem ob defectum dictæ expreſſionis non poſſe dici nullam, eò quod forma poteſt adimpleri per æquipollens, quando habetur effectus à lege deſideratus, quia fuit reſponſum quod dictum

Conci-

Concilium vt pinguius prouideret ne Clerici vllo tempore in mendicitatem inciderent, non ſolum diſpoſuit quod reſignationes non admitterentur, niſi conſtito quod reſignans haberet aliunde vnde commodè viuere poſſet, ſed vlteriùs decreuit quod in reſignationibus mentio fieret quod reſignans fuerit promotus ad titulũ beneficij quod reſignat ad hoc vt vincularetur ab eo à quo reſignatio erat admittẽda, ſi ita videretur patrimonium reſignantis quod aliàs potuiſſet diſtrahere perinde ac ſi fuiſſet vinculatum ſi ad titulũ illius fuiſſet ordinatus, vnde non poteſt dici quod mediante dictâ clauſulâ *Cõſtito, &c.* fuerit intẽtioni dicti Concilij ſatisfactum, quia ex duobus requiſitis
9. non ſufficit alterum adimpleuiſſe. *l. cùm hi. §. ſi prætor & ibi glo. ff. de tranſact. l. ſi hæredi plures ff. de cond. iuſtit. dec. Conſ. 453. n. 6. Sarnen. in reg. de public. reſignat. quæſt. 8. n. 2. Put. dec. 193. l. 1.* & imò cùm dictum Concilium vlterius, etiam procedendo annullet reſignationes aliter factas, ſicque contineat decretum irritans non potuiſſet forma ab eo tradita per æquipollẽs adimpleri, ſed debebat ſeruari ad vnguem. *Aldobrand. Conſ.*
10. *92. n. 27. l. 1. cum alijs per Mareſcot. var. reſol. l. 2. c. 38. nu. 10.* & in terminis dicti Capituli, quod nõ poterit adimpleri per æquipollens firmat ex ſententia Sacræ Congreg. Ill^morum^ Sac. Conc. interpretum quã refert ad extenſum Garz. loco proximè citato *n. 193. Gonzal. vb. 1. n. 35. &*

fuit

fuit dictum in dicta Aretin. plebii coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino.

Non obſtat, quod Conciliũ nõ comprehẽdit reſignationes factas in manibus Papæ, quia hoc eſſet nimis reſtringere diſpoſitionem dicti Concilij, quod loquitur generaliter de omnibus reſignationibus, & propterea generaliter intelligi debet, maximè cùm eadem ratio militet in omnibus, nec ſubſit cauſa dictæ reſtrictiuæ, & quod locum habeat etiam in reſignationibus factis coram Papa; firmat. Garz. *vb. 1. num. 103.*

Non obſtat, quod conſtitutio Pij V. ſolum mandat apponi clauſulam *Conſtito, &c.* quia nõ eſt correctoria decreti dicti ſacri Concilij, nec loquitur de beneficijs, ad quorum tantum reſignans eſt promotus.

Non obſtat, quod Papa in reſignatione cogitare potuerit quod reſignãs eſſet promotus ad titulum beneficij quod reſignat, quia Conciliũ vt dictum eſt requirit pro forma quod fiat expreſſio dictæ qualitatis, vnde illa ſeruari debet ex allegatis. vltra quod Papa potuit etiam cogitare quod reſignans non eſſet promotus ad titulum illius beneficij, eo ipſo quod ſibi hoc non fuit expreſſum.

Non obſtat, quod ſaltẽ Canonicatus remãſit Sedi Apoſtolicæ affectus per appoſitionẽ manus Pontificis, quia dicta affectio per appoſitionem manus, non intrat quãdo reſignatio eſt 11.

nulla,

nulla, & per conſequens beneficium vacat per obitum, & non per reſignationem. *Achil. dec. 14. de reſt. ſpol. Rot. dec. 24. ſub nũ. primo, vt lit. pend. in nu. & 419. parte prima, Diu & dec. 570. nu. 8. verſ. Vel diuerſa eueniat parte prima in recentior.*

Non obſtat etiam, quod etiamſi reſignatio ſit nulla, tamen locus eſt affectioni, quando talis nullitas prouenit culpa reſignantis, *Garz. d. tract. de benef. par. 5. cap. 1. §. 2. 170.* quia hoc procedit, quando reſignans eſt in culpâ quo minus reſignatio ſortiatur effectum, ob non implementum conditionis: nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præiudicium reſignantis, & per conſequens abdicatur ius à reſignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque affectum & reſeruatum. ſecus eſt quando reſignatio fuit nulla de per ſe, & ex aliâ cauſa, quam ob non implementum: tunc enim per huiuſmodi reſignationem non abdicatur ius à reſignante, vt bene per eundem Garz. notatur. *par. 11. cap. 3. nu. 217.* vbi exemplum adducit in reſignatione ſimoniaca, per quam non abdicatur ius à reſignante, etiam quod ſit pura, & per conſequens nec beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit prouidere niſi in euentum in quem vacaret per reſignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diuerſam, *vt in d. deciſ. 570. nu. 8. par. 1. in recent.*

Vnde cùm in caſu de quo agitur, reſignatio

tio non fuerit nulla ob non adimplementum, ſed quia non fuit in ea ſeruata forma Conc. meritò non fuit ius abdicatum à reſignante,& per conſequens Canonicatus vacauit per obitum & non per reſignationem, neque vt dictum eſt remanſit effectus, ex allegatis,&c.

Cæterùm, Papa ſolet concedere gratiam 12 *Perinde valere* in huiuſmodi defectu, & cum clauſula. Et quod Orat. diſpenſ. dictarumque litterarum ac proceſſuum, ac aliorum inde ſecutorum quorumcumque tenores pro expreſſis habeantur, ſeu in toto vel parte exprimi potuerit in litteris, & de conceſſione indulto, alijsque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter expreſſis habeantur, vt ſuprà in forma gratioſa expedientur, & quod præmiſſorum omnium & ſingulorum etiam cognom. denom. qualit. &c. aliorumque neceſſariorum maior & vberior ſpecificatio & expreſſio fieri poſſit in litteris, & à data præſentium, & dũmodo dictus N. quatenus ad titulum dictorũ Canonicatus & præbendæ ad ſacros ordines promotus fuerit, aliundè habeat vnde commodè viuere poſſit. Porrò aduertendum hanc gratiam valere, antequam ſit ius acquiſitum 13 tertio, poſtea verò non, quia non derogat iuri tertij, vt notat Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcripto etiam, & perinde valere, nu. 27.* In foro verò conſcientiæ tutus erit permutans, ſi illud quod de nouo habuit eſt æquivalens beneficio ad

cuius

CAP. XXX. SVMMARIVM.

Habens beneficium & expectatiuam ad aliud cum conditione, vt cùm primum gratia ſortietur effectum, debeat primum beneficium dimittere, an poſſit illud permutare antequam gratia ſuum effectum ſortiatur?

DVbitationē mouet, quod per dictā clauſulam, vt cùm primum,&c. videatur induci reſeruatio, *Rota deciſ. 88. in antiq.* Reſeruata autem beneficia permutari non poſſunt, vt proprio capite ſuprà oſtenſum eſt. Ergo, in caſu propoſitæ quæſtionis, permiſſa non videtur permutatio. Verum diſtinctione quæſtio terminatur. quod aut habebat gratiam ad beneficium incompatibile cum primo, & tunc non impedietur permutatio: quia cōditio illa inerat, & verba nihil operantur: aut non erat incompatibile, & conditio operatur reſeruationem, ita vt permutatio eo caſu non procedat, *Pet. And. Gammar. de permut. ben. n. 82. per not. Abb. in cap. cùm dilecta in glo. in verſ. Iuris ordinem de reſcript.* vbi dicit quod expreſſio eorum quæ inſunt mandatis, ex neceſsitate nō faciunt mādata conditionalia, ſecus ſi ex voluntate. Verum, quia alio loco hoc ipſum tractauimus, ſuprà cap. 18. diutius non inſiſtam.

CAP. XXXI. SVMMARIVM.

Vtrum permutatio beneficiorum ſit fauorabilis, & extendenda.

PErmutationem beneficiorũ fauorabilem eſſe, nec reſtringendam, ſed latè interpretandam, fusè poſt alios cenſuit Fred. de ſenis *conſil. 73. incip. factum eſt tale nu. 2. verſ. Item collatio illa Calderin. conſil. 293. alias 1. de Rer. permut.* Nec facilè in illa obijci poteſt ſubreptio, quia eſt potius iuſtitiæ, quàm gratiæ. *P. Andr. Gammarus tract. de permut. benef. nu. 76. Mohed. deciſ. 26. de renunciat. in fin.* Hinc fit, vt ſi permutans non expreſſit alia beneficia quæ obtinet, non cẽſeatur ſubreptitia permutatio facta in manibus Papæ, *Calder. d. conſ. 293. verſ. Item tenet.* vidé tamen Tepatium *in compendio var. iuris ſent. tit. 13. c. 5.* Card. Tuſch. *tract. commun. concluſ. tom. 6. concluſ. 305.* vbi alijs elucidat ampliationibus præſentem quæſtionem, ad quem proindè Lectorem, ne actum agam, remitto.

CAP. XXXII. SVMMARIVM.

1. *Per conſenſum qui in Vrbe præſtatur in Camera vel Cancellaria abdicatur omne ius, & titulus beneficij à reſignante, & plenè transfertur in*

Reſig-

Reſignatarium, quod verũ in reſignatione ſimplici.

2. *Ius reſignatario acquiſitum non dicitur niſi captâ poſſeſſione, ideò reſignans interim poteſt poſſeſſioni incumbere.*

3. *Reſignans in fauorem certæ perſonæ conditionaliter videtur reſignare, videlicet dummodo beneficium quæratur permutanti.*

4. *Poſſeſſio beneficij non ſimpliciter ceſſa, ſed ad fauorem, non abdicat Ius à cedente, niſi probetur ab eo captam fuiſſe, ad cuius fauorem ceſſa fuit.*

5. *Permutans, poſſeſſionem beneficij permutati dimittere non tenetur, niſi cùm permutans acceptet.*

6. *Permutanti datur Interdictum Vti poſſidetis contra capitulum, ſi cùm permutans non acceptet.*

7. *Permutatione nondum completâ & perfectâ ius & poſſeſſio remanet penes permutantem.*

8. *Permutans qui facto compermutantis non poteſt peruenire ad pacificam poſſeſſionem beneficij compermutati poteſt reuerti ad proprium beneficium à ſe dimiſſum, ſi illud dimiſit, ſin minus illius poſſeſſionem continuare.*

9. *Si Ius ſit dictata permutanti à compermutante, permutans interim manet in poſſeſſione, & recipit fructus.*

CRebrò & frequenter agitatur quæſtio hæc, à quo tempore reſignans ex cauſa permutationis deſinat facere fructus in beneficio permutato? Plerique enim exiſtimant permutantem cadere à iure percipiendorum

cap.1.de rer.perm.in 6.& Clem.1.eod.tit.Bulla quæque Pij V.58.§.ad hæc. Imò, beneficia permutata
2. nõ dicũtur propriè vacare, quia vterque habet ius in re, & quamdiu permutatio nõ eſt ſortita effectũ, ius & poſſeſſio remanent penes permutãtem. *Achill.de graſſ.deciſ.10.n.1.& 4.Rota deciſ.4.n.1.de rer.permut.in antiq.Iaſ.conſ.86.l.3.n.42. Farmac.deciſ.111.part.2. in nouiſſ. Card. Seraphinus deciſ.773.n.1. & 12.* & in eis non habet locũ ex-
3. pectatiua, neque optio, *Burſat.conſ.351.n.5.* Reſignans autẽ, per cõſenſum ſemel præſtitũ abdicat à ſe ius & titulũ beneficij & plenè transfertur in reſignatariũ. *Caſ.de graſſ.deciſ.105.aliàs 12. de ſent.& re ind.Sarn.ad Reg.de infirmis q.18.* quod ſecus eſt in permutatione, nam permutans beneficium commutat cũ alio quod omninò ei ſuccedere debet, accedente ſuperioris auctoritate. *Card.in c.quæſitum q.19.n.15.eod.tit.Silueſt. in verb.Clericus 4. q. 13.* Siquidẽ permutatio ſolet
4. expediri cum conditione ſuſpenſiua, vt alter alterius beneficium aſſequatur: ideò nec titulus, nec poſſeſſio aufertur à permutante niſi ſit compermutanti quæſitus, quod ſecus in eo
5. qui ſimpliciter reſignat: quia factâ reſignatione, nullũ titulum habere dicitur reſignans, *Put. deciſ.158.n.4. Anaſt. Germ.tract.de Indult.Card. §. Nec non quarũcumque n. 23.* Inſuper cauſa finalis ac mens Concilij, quæ colligitur ex procmio dicti c.2.*Rot.part.1.diuerſ.deciſ.457.in pr.* Ne clericus cogatur mẽdicare, ſecurior eſt in permutante,

tante, quàm in Reſignante, ideò S. Cong. Interpretum Cócilij aliàs decreuit *in vna Camerinen. 1. Iulij 1593.* tutũ eſſe in conſcientia eum qui beneficiũ ad cuius titulũ erat promotus, reſignauit, & aliud ex cauſa permutationis obtinuit, tacẽdo in reſignatione quod erat promotus ad titulum dicti beneficij, dũmodo ſecũdũ ſit æquiualens primò, & ita tenet Garcias *tract. de benef. part. 2. c. 5. n. 218.* Verũ enimuerò, hiſce argumentis non obſtãtibus, eadem S. Cõg. Card. Interpretũ Concilij Trid. poſtea, hoc eſt, anno 1600. Iulij 25. cenſuit perinde faciendam eſſe mẽtionẽ tituli in permutatione, atque in reſignatione cùm talis ſit forma à Cõc. præſcripta, à qua non eſt recedendum, cõſiderata præſertim clauſula irritante, cui nõ poteſt ſatisfieri per æquipollens, vt fuit dictum in vna Aretina plebis 4. Octobris 1600. corã Illmo Mellino relata per Nicol. Garciã *d. tract. part. 1. c. 5. n. 938.* quod etiã probat Hier. Gõzalez *ad Reg. VIII. Cancellariæ,* & latiùs oſtendo ad Reg. Cãcellariæ Apoſtolicæ *Reg. XLII. de conſenſ. in reſig. n. 27. & ſeqq.* quam opinionem quoque probat Cardinalis Mantica *Tract. de Tacit. & ambig. Cõuent. lib. 25. tit. 7. nu. 44.* & Auguſtinus Barboſa *tract. de off. & poteſt. Epiſcopi. Allegat. 19. n. 43. p. 127.* 6.

Confirmatur: quia poteſt contingere caſus, vt permutans quãdoque non habeat beneficium permutatum, vt ſi quis canonicatum cõmutet cum parochiali, & repellatur à parochiali in

Ægidij, & non per ipſius obitum, quia dicta reſignatio fuit nulla, ideoque nec ius quod prius habebat, fuit ab eo mediante dicta reſignatione abdicatum, ſed vacauit per mortem, Caputaque. *n. dec. 215. part. 1. Card. Seraph. deciſ. 1498. nu. 8.*

Quòd autem reſignatio fuerit nulla, patet, quia fuit facta contra formam Concilij Tridentini *c. 2. de refor. ſeſſ. 21.* ex quo non fuit in ea expreſſum quòd Balduinus eſſet promotus ad titulum dicti Canonicatus, prout in dicto capitulo expreſsè diſponitur, & quod hoc caſu reſignatio ſit nulla, tradit Paril. *de reſignat. lib. 2. quaeſt. 6. nu. 36. & 39. Garz. de benef. c. 5. nu. 192. & ſeq. Gonzal. ad reg. 8. glo. 5. §. 10. nu. 35. & tenuit Rota in Aretin. plebis coram Illuſtriſſ. Cardinali Millino relata per eundem Garz. d. c. 5. parte prima, nu. 438.*

Nec obſtat, quod dictum ſacrum Conciliũ decreuit, quod dicta mentio fieret in reſignatione ad effectum tantum, nè Clericus in opprobrium ordinis Clericalis mendicare cogatur, & cùm huic incõuenienti ſatis fuerit prouiſum, mediante clauſula, *conſtito quod reſignans habeat aliũdè, &c.* in dictâ reſignatione appoſitâ, videatur dictam reſignationem ob defectum dictæ expreſſionis non poſſe dici nullam, eò quod forma poteſt adimpleri per æquipollens, quando habetur effectus à lege deſideratus, quia fuit reſponſum quod dictum

Conci-

Concilium vt pinguius prouideret ne Clerici vllo tempore in mendicitatem inciderent, non ſolum diſpoſuit quod reſignationes non admitterentur, niſi conſtito quod reſignans haberet aliunde vnde commodè viuere poſſet, ſed vlteriùs decreuit quod in reſignationibus mentio fieret quod reſignans fuerit promotus ad titulũ beneficij quod reſignat ad hoc vt vincularetur ab eo à quo reſignatio erat admittẽda, ſi ita videretur patrimonium reſignantis quod aliàs potuiſſet diſtrahere perinde ac ſi fuiſſet vinculatum ſi ad titulũ illius fuiſſet ordinatus, vnde non poteſt dici quod mediante dictâ clauſulâ *Cõſtito, &c.* fuerit intẽtioni dicti Concilij ſatisfactum, quia ex duobus requiſitis
9. non ſufficit alterum adimpleuiſſe. *l. cùm hi. §. ſi prętor & ibi glo. ff. de tranſact. l. ſi hęredi plures ff. de cond. iuſtit. dec. Conſ. 433. n. 6. Sarnen. in reg. de public. reſignat. queſt. 8. n. 2. Put. dec. 193. l. 1.* & imò cùm dictum Concilium vlterius, etiam procedendo annullet reſignationes aliter factas, ſicque contineat decretum irritans non potuiſſet forma ab eo tradita per ęquipollẽs adimpleri, ſed debebat ſeruari ad vnguem. *Aldobrand. Conſ.*
10. *92. n. 27. l. 1. cum alijs per Mareſcot. var. reſol. l. 2. c. 38. nu. 10.* & in terminis dicti Capituli, quod nõ poterit adimpleri per æquipollens firmat ex ſententia Sacræ Congreg. Ill^morum Sac. Conc. interpretum quã refert ad extenſum Garz. loco proximè citato *n. 193. Gonzal. vb. 1. n. 35. &*

fuit dictum in dicta Aretin. plebij coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino.

Non obſtat, quod Conciliũ nõ comprehẽdit reſignationes factas in manibus Papæ, quia hoc eſſet nimis reſtringere diſpoſitionem dicti Concilij, quod loquitur generaliter de omnibus reſignationibus, & propterea generaliter intelligi debet, maximè cùm eadem ratio militet in omnibus, nec ſubſit cauſa dictæ reſtrictiuæ, & quod locum habeat etiam in reſignationibus factis coram Papa; firmat. Garz. *vb. 1. num. 103.*

Non obſtat, quod conſtitutio Pij V. ſolum mandat apponi clauſulam *Conſtito, &c.* quia nõ eſt correctoria decreti dicti ſacri Concilij, nec loquitur de beneficijs, ad quorum tantum reſignans eſt promotus.

Non obſtat, quod Papa in reſignatione cogitare potuerit quod reſignãs eſſet promotus ad titulum beneficij quod reſignat, quia Conciliũ vt dictum eſt requirit pro forma quod fiat expreſſio dictæ qualitatis, vnde illa ſeruari debet ex allegatis. vltra quod Papa potuit etiam cogitare quod reſignans non eſſet promotus ad titulum illius beneficij, eo ipſo quod ſibi hoc non fuit expreſſum.

Non obſtat, quod ſaltẽ Canonicatus remãſit Sedi Apoſtolicæ affectus per appoſitionẽ manus Pontificis, quia dicta affectio per appoſitionem manus, non intrat quãdo reſignatio eſt 11.

nulla,

nulla, & per conſequens beneficium vacat per obitum, & non per reſignationem. *Achil. dec. 14. de reſt. ſpol. Rot. dec. 24. ſub nu. primo, vt lit. pend. in nu. & 479. parte prima, Diu & dec. 570. nu. 8. verſ. Vel diuerſa eueniat parte prima in recentior.*

Non obſtat etiam, quod etiamſi reſignatio ſit nulla, tamen locus eſt affectioni, quando talis nullitas prouenit culpa reſignantis, *Garz. d. tract. de benef. par. 5. cap. 1. §. 2. 170.* quia hoc procedit, quando reſignans eſt in culpâ quo minus reſignatio ſortiatur effectum, ob non implementum conditionis: nam tunc dicta conditio habetur pro impleta in præiudicium reſignantis, & per conſequens abdicatur ius à reſignante, & beneficium vacat in Curia, remanetque affectum & reſeruatum. ſecus eſt quando reſignatio fuit nulla de per ſe, & ex aliâ cauſa, quam ob non implementum: tunc enim per huiuſmodi reſignationem non abdicatur ius à reſignante, vt bene per eundem Garz. notatur. *par. 11. cap. 3. nu. 217.* vbi exemplum adducit in reſignatione ſimoniaca, per quam non abdicatur ius à reſignante, etiam quod ſit pura, & per conſequens nec beneficium vacat, nec illud remanet affectum, quia Papa non voluit prouidere niſi in euentum in quem vacaret per reſignationem, & affectio non porrigitur ad vacationem diuerſam, *vt in d. deciſ. 570. nu. 8. par. 1. in recent.*

Vnde cùm in caſu de quo agitur, reſignatio

tio non fuerit nulla ob non adimplementum, ſed quia non fuit in ea ſeruata forma Conc. meritò non fuit ius abdicatum à reſignante,& per conſequens Canonicatus vacauit per obitum & non per reſignationem, neque vt dictum eſt remanſit effectus, ex allegatis,&c.

Cæterùm, Papa ſolet concedere gratiam *Perinde valere* in huiuſmodi defectu, & cum clauſula. Et quod Orat. diſpenſ. dictarumque litterarum ac proceſſuum,ac aliorum inde ſecutorum quorumcumque tenores pro expreſſis habeantur, ſeu in toto vel parte exprimi potuerit in litteris, & de conceſſione indulto, alijſque præmiſſis, quæ hic pro ſufficienter expreſſis habeantur, vt ſuprà in forma gratioſa expedientur, & quod præmiſſorum omnium & ſingulorum etiam cognom. denom. qualit. &c. aliorumque neceſſariorum maior & vberior ſpecificatio & expreſſio fieri poſſit in litteris, & à data præſentium, & dūmodo dictus N. quatenus ad titulum dictorū Canonicatus & præbendæ ad ſacros ordines promotus fuerit, aliundè habeat vnde commodè viuere poſſit. 12 Porrò aduertendum hanc gratiam valere, antequam ſit ius acquiſitum tertio, poſtea verò non, quia non derogat iuri tertij, vt notat Rebuff. *in praxi, tit. de Reſcripto etiam, & perinde valere, nu. 27.* 13 In foro verò conſcientiæ tutus erit permutans, ſi illud quod de nouo habuit eſt æquivalens beneficio ad cuius

CAP. XXX. SVMMARIVM.

Habens beneficium & expectatiuam ad aliud cum conditione, vt cùm primum gratia ſortietur effectum, debeat primum beneficium dimittere, an poßit illud permutare antequam gratia ſuum effectum ſortiatur?

DVbitationẽ mouet, quod per dictã clauſulam, vt cùm primum, &c. videatur induci reſeruatio, *Rota deciſ. 88. in antiq.* Reſeruata autem beneficia permutari non poſſunt, vt proprio capite ſuprà oſtenſum eſt. Ergo, in caſu propoſitæ quæſtionis, permiſſa non videtur permutatio. Verum diſtinctione quæſtio terminatur. quod aut habebat gratiam ad beneficium incompatibile cum primo, & tunc non impedietur permutatio: quia cõditio illa inerat, & verba nihil operantur: aut non erat incompatibile, & conditio operatur reſeruationem, ita vt permutatio eo caſu non procedat, *Pet. And. Gammar. de permut. ben. n. 82. per not. Abb. in cap. cùm dilecta in glo. in verſ. Iurus ordinem de reſcript.* vbi dicit quod expreſſio eorum quæ inſunt mandatis, ex neceſsitate nõ faciunt mãdata conditionalia, ſecus ſi ex voluntate. Verum, quia alio loco hoc ipſum tractauimus, ſuprà cap. 18. diutius non inſiſtam.

CAP.

Reſignatarium, quod verū in reſignatione ſimplici.

2. *Ius reſignatario acquiſitum non dicitur niſi captâ poſſeßione, ideò reſignans interim poteſt poſſeſsioni incumbere.*

3. *Reſignans in fauorem certæ perſonæ conditionaliter videtur reſignare, videlicet dummodo beneficium quæratur permutanti.*

4. *Poſſeßio beneficij non ſimpliciter ceſſa, ſed ad fauorem, non abdicat Ius à cedente, niſi probetur ab eo captam fuiſſe, ad cuius fauorem ceſſa fuit.*

5. *Permutans, poſſeßionem beneficij permutati dimittere non tenetur, niſi cùm permutans acceptet.*

6. *Permutanti datur Interdictum Vti poßidetis contra capitulum, ſi cùm permutans non acceptet.*

7. *Permutatione nondum completâ & perfectâ ius & poſſeßio remanet penes permutantem.*

8. *Permutans qui facto compermutantis non poteſt peruenire ad pacificam poſſeſsionem beneficij compermutati poteſt reuerti ad proprium beneficium à ſe dimiſſum, ſi illud dimiſit, ſin minus illius poſſeſsionem continuare.*

9. *Si lis ſit dictata permutanti à compermutante, permutans interim manet in poſſeſsione, & recipit fructus.*

CRebrò & frequenter agitatur quæſtio hæc, à quo tempore reſignans ex cauſa permutationis deſinat facere fructus in beneficio permutato? Plerique enim exiſtimant permutantem cadere à iure percipiendorum

fructuum ſimul atque conſenſum in permutationem præſtitit, ſecundùm opinionem Flaminij Pariſij ab omnibus receptam, *lib.1. de reſig.*
1. *benef. quæſt.6. nu.38.* & ratio eſt, quia per cõſenſum qui in Vrbe prȩſtatur in Camera vel Cancellaria, abdicatur omne ius & titulus à reſignante, & plenè transfertur in reſignatarium, qui tunc efficitur verè Dominus, & ad eum tãquam Dominum ſpectant fructus, *l. Hereminus de vſur. l. ex diuerſo l. fructus ff. de rei vend. Caſ. de Graſsis deciſ.105. alias 12. de ſent. & re in d. Sarnen. ad Reg. de Infirm. quæſt. 18.* Alij, quorum opinio mihi magis placet, differentiam conſtituũt inter ſimplicem reſignationem, & conditionalem, qualis eſt illa quæ fit ex cauſa permutationis, nimirum vt illa prior opinio obtineat ſcilicet vt reſignans ſimpliciter ſtatim abdicet ius à ſe, & remaneat abſque titulo: in illa verò non ita; quia reſignans ex cauſſa permutationis non abdicat ius à ſe, niſi adimpletis conditionibus, *Mohed. deciſ. 2. Flam. d. quæſt. 2. nu. 8. 47. & 49. Farinac. deciſ. 111. part. 2. in Nouiſsimis.* Et ratio eſt, quia permutatio videtur facta cum conditione, dummodo beneficium quæratur reſignatario ſeu compermutanti: ideoque beneficium nõ dicitur acquiſitũ reſignatario ad fructus præbendæ reſignatæ, niſi fuerit capta poſſeſſio, & interim reſignãs poteſt poſſeſsioni incũbere, & alia gerere, imò & beneficia cõferre, donec reſignatarius capiat poſſeſſio-

ceſſionem, *Flam. Pariſ. d. tract. lib. 1. quaſt. 7. n. 15.* Nam ante acquiſitionem ſeu apprehenſionẽ reſignatarij, ſeu cõpermutantis reſignans ſeu permutans dicitur adhuc poſſidere, & titulum coloratũ habere, imò ſi iſta poſſeſſione ſpoliaretur, veniret reſtituendus, *Innoc. in cap. ſuper hoc de renunciat. Rota deciſ. 1. de renuntiat. in nu.* quia reſignans in fauorem certæ perſonæ, qualis eſt is qui permutat, conditionaliter videtur reſignare, videlicet dummodo beneficium illi quæratur, *Put. deciſ. 158. nu. 2. lib. 3.* & ſi hæc conditio non impleatur, permutatio non cenſetur facta, *Rota deciſ. 2. & 9. de Renũciat. in antiq. & deciſ. 3. in pr. & 16. per tot. de Rer. permut. Put. deciſ. 523 lib. 2.* & proinde ius quod reſignatario ſeu cõpermutanti non quæritur, nõ aufertur à reſignante, *l. nec vtile ff. ex quibus cauſis maiores l. qui abſenti ff. de acq. poſſ.* ergò, nec poſſeſſione, nec titulo, niſi ſit reſignatario quæſitus, ſpoliatur reſignans, & per conſequens nec fructibus, qui ſunt ſequelæ poſſeſſionis. *Anaſt. Germon. tract. de Indult. Card. §. nec non quarumcumque nu. 23. Illuſtriſſ. Card. Seraphinus deciſ. 773. nu. 1. & 12.* vbi 4.
quod poſſeſſio beneficij non ſimpliciter ceſſa, ſed ad fauorem, non abdicat ius à cedente, niſi probetur ab eo captam fuiſſe ad cuius fauorem ceſſa fuit, præſertim quãdo cedens poſt ceſſionem incumbit adhuc poſſeſsioni corporaliter: quamdiu enim talis reſignans in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis remanet in poſſeſsione,

poteſt dicere reſignationem eſſe conditiona-lem conditione ſuſpenſiua, ſed poſtquam de facto etiam poſſeſſionem dimiſit, ab illa conditione ſuſpenſiua per executionem de præſenti conſummatam receſſit, *Auctor Analyt. comment. ad Reg. cancell. de infirmis nu. 206.* Non te-
5. netur autem compermutans poſſeſſionem beneficij permutati dimittere, donec & quouſque compermutans acceptet, *c. ſi tibi abſenti de prabend.* Nam poſſeſſio demùm tranſit à reſignante ex cauſſa permutationis in compermutantem, ſi re ipſa ſequatur permutatio: quia ſi non ſequatur, nec ſortiretur effectum, videtur reſolui poſſeſſio ipſo iure in reſignantem ex cauſſa permutationis, atque ita reſoluiſſe Senatum Pariſienſem refert Ioannes Lucius *lib.*
6. *2. placitorum Curia tit. 4. placito 7.* vbi ſcribit reſignanti in fauorem alterius beneficium, ſi ille repudiauerit ius priſtinum remanere; imò in caſu illius placiti datum & conceſſum eſt eidem reſignāti interdictum vti poſsidetis contra collegas, qui ipſi conſueta munia obire volenti aditum ad illa intercludere volebant. Cui adſtipulatur deciſio Rotæ *67. Nota quod reſignans in Antiq.* & Autor. Analyt. commentarij *ad reg. Cancell. de publican. reſig. nu. 157.* inquiens reſignantem etiam ſimpliciter licitè poſſidere & adminiſtrare vſque ad aduentum ſucceſſoris *per Not. imò in clem. de Renunciat.* Ergo multo magis in reſignatione reciproca permuta-

mutationis in qua aliud accedit, videlicet implementum reciprocum prius cum effectu offerendum. Conſonant ea quæ decidit Rota *in vna Barchionen. parochialis de anno 1612. Martij 26. coram* R. P. D. *Damaſceno*, vbi fuit dictum in facti ſpecie ibi propoſita, quod cùm Ioannes Caluus recuſaret tradere Iacobo ſuo compermutanti parochialem, non tenebatur Iacobus gratis dimittere ſua beneficia, ſed retinere donec videret quemnam exitum habitura eſſet lis. Et ratio eſt quod nondum compleтâ & 7.
perfectâ reſignatione per dimiſsionem poſſeſsionis, ius & poſſeſsio illa primæua nondũ eradicata adhuc maneant in reſignante in fauorem, ſeu ex cauſa permutationis ad quemcumque effectum poſſeſsionis etiam redintegrandæ, *Lucius de arreſt. 7.* quia poſſeſsio & titulus, donec ſit verè reſignatario quæſitus vt dictum eſt, non cenſetur à reſignante ablatus, & ante requiſitionem reſignatarij in reſignationibus in fauorẽ certæ perſonæ (qualis eſt permutatio, *Flam. Pariſ. lib. 2. de reſig. benef, quæſt. 2. nu. 15.*) adhuc reſignans dicitur poſsidere, & titulum coloratum habere, præſertim contra tertium videlicet Capitulum, ad fauorem cuius nihil fuit actum, *Put. deciſ. 158. & deciſ. 175. Rota deciſ. 16. ſeu 863. verſ. Vlterius etiam de Rer. permut. in Antiq. Caſſad. deciſ. 4. in pr. de reſtit. ſpol. Achilles de Graſsis deciſ. 10. d. tit. Card. Seraphinus deciſ. 756. nu. 5. & 773. nu. 12.* Eâ præſertim ra-

 tione

tione quod per conſenſum præſtitum nõ videtur reſignans depoſuiſſe animum poſsidendi maximè ſi ſemper etiã poſt reſignationem aut permutationem de facto incubuit poſſeſsioni, *Card.Seraph.d.deciſ.773.nu.12.& 14.* & titulus nõ remanet incoloratus, cũ multa poſsint occurrere quo minùs reſignatio valeat, *vt not. Achilles de graſſis deciſ.10.de reſtit.ſpol.Put. deciſ.158. nu. 4. lib. 3.* Ideò ne detur caſus quod ſi fortè poſt præſtitum conſenſum in Camera vel Cancellaria permutatio non poſſet ſuum ſortiri effectum, vel ob non acceptationem, vel ob inhabilitatem, aut ob culpam alicuius ex compermutantibus eorum alter remaneat ſine beneficio, expectandus eſt euentus complemẽti permutationis per collationem & traditionem poſſeſsionis, *iuxta d.deciſ.16.in pr.de rer.permut.in antiq.* & antea non tenetur quis proprium beneficium dimittere, ſed illud poteſt retinere cum effectu, donec permutatio ſuum ſortiatur effectum, vt dictũ fuit in dicta deciſ. Barchinonem. parochialis, & alijs ſuprà citatis. Ideò cum facto compermutantis, vel alterius, permutans non poteſt peruenire ad pacificam poſſeſsionem beneficij compermutati, poteſt reuerti ad proprium beneficium à ſe dimiſſum, ſi illud dimiſit; ſin minus illius poſſeſsionem continuare, vt dictum eſt, *quod & probatur per cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. VVameſ.conſ.344.in fin. tom. 9. de rer. permut. & conſ.*

coſ.341.n.3.d.tit.& fructus percipere præſertim cùm eſt canonicatus, quorũ fructus potiſsimũ conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, quæ non debentur niſi præſentibus in diuinis vt in terminis oſtẽdit Nicol.Garcia *tract.de beneſ.part.2.cap.1.n.169.* Neque etiam permutatio ob id annullabitur quod compermutans permutatione facta nolit compermutatum beneficium accipere, ſatis enim eſt per eum qui ex cauſſa permutationis reſignauit non ſtare quo minus compermutans illud acquirat ex permutatione; alterum verò ex antiquo iure retineat,& ſic bonâ, vt aiunt,fortunâ vtatur. *VVameſ.conſil.564.nu.10.tom.2.per not.Rebuff.in praxi beneſ.tit.de permut.nu.28.* & ratio eſt quia reſignatio ad fauorem, qualis eſt illa quæ fit ex cauſſa permutationis, eſt conditionalis, & ſi beneficium non acquiritur illi, in cuius fauorem fit reſignatio, beneficiũ nõ vacat, vt decidit Rota *coram Reuerẽdiſſ. Card. Bononien.in vna Monaſterien. 10. Martij, 1604. quæ deciſ. extat apud Farinac.deciſ.111.part.2.innouiſſ.* Et hæc multo magis procedunt quando lis fuit dictata permutanti à compermutante, quia permutans interim percipit fructus, manetque poſſeſſor beneficij permutati, donec & quouſque lis finiatur, vt decidit eadem Rota coram R^mo Domino Damaſceno in vna parochialis Eccleſiæ Lunæ 26. Martij,1612. in hæc verba: Ad illud quod Iacobus retinuerit penes ſe beneficia 9.

permutata fuit dictum quod cùm Ioãnes Caluus recuſaret tradere parochialem non tenebatur Iacobus gratis dimittere ſua beneficia, ſed illa poterat retinere penes ſe, donec videretur quemnam exitum habitura eſſet lis, ſicut dicimus de primo beneficio quod non tenetur quis dimittere, donec habeat pacificam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis cum illo, *c. Licet Epiſcopus, & ibi Francus nu. 4. Gemin. nu. 2. de Prabend. in 6. Geminia. conſ. 71. nu. 3. & 4. Imo. in Clem. Gratia nu. 4. de Reſcript. Rota in vna Taraſconen. Canonicatus 9. Ianuarij 1598. coram Ill. Card. Seraphino.*

CAP. XXXIII. SVMMARIVM.

An liceat permutantibus recedere à tractatu permutationis, non obſtante pacto ad perſeuerandum in permutatione, & an tale pactum ſit ſimoniacum?

QVæſtionis eſt, an liceat permutantibus recedere à tractatu permutationis? v. g. conuenerunt Titius & Meuius de commutandis ſuis beneficijs, & ſtipulatâ manu promiſerunt vltrò citròque effecturos ſe vt quorum intereſt auctoritatem permutationi præſtare, illam interponerent, an alter eorum altero inuito & reluctante poſſit ab eiuſmodi trac-

tractatu & conuentione recedere? vel ad cõſentiendum permutationi compelli? Dubitationem mouet, quod promiſſor non poteſt compelli vt fidem impleat, quia pacta in ſpiritualibus prohibentur, *cap. quam pio 1. q. 2. cap. vlt. de pact.* ergo ſeruari non debent, *l. pacta quæ contra C. de pact. l. non dubium C. de Legib.* Ratio decidendi eſt quod in ſpiritualibus pactiones quidem eæ interdicuntur, quæ ſunt illicitæ: atqui verſamur in caſu, quo paciſcentes promiſerunt dare operam, vt Superior cuius intereſt auctoritatem eidem tractatui ſeu conuentioni præſtaret, quod non eſt prohibitum, *cap. quæſitum, de Rer. permut.* Nam quamuis omnis conuentio quæ præcedit permutationem ſit prohibita, *d. cap. quæſitum*, tamen ſimplex declaratio voluntatis eorum qui obtinent beneficia, non eſt interdicta, neque ipſi prohibentur Superioris officium implorare ad perficiendam eiuſmodi permutationem, *glo. in Clem. vnica, verb. volentibus, de Rer. permut. Pet. de Ancher. in d. cap. vlt. nu. 27.* Quod notandum eſt propter opinionem Io. de Imo *in d. c. vlt. verſ. ſed certè iſta deciſio.* exiſtimantis ſentẽtiam illam non eſſe tutam: quia aliud eſt ſignificare & oſtendere voluntatem permutandi nullo præcedente pacto, quod eſt permiſſum; aliud paciſci & ſe adſtringere ad operam præſtandam vt permutatio perficiatur, quod videtur interdictum *d. cap. quæſitum.* Solus enim tractatus

tatus licitus eſt, dummodo nihil concludatur, neque firmetur, ſed ad arbitrium Epiſcopi, vel cuius intereſt referatur, *d. Clem 1. & ibi glo. verb. Volentibus*, quippè cuius auctoritas omne vitium ſimoniæ excludit. Ex quibus efficitur, compermutãtem cogi poſſe vt fidem promiſsis impleat, nimirum vt ad effectũ perduci curet permutationem, non quidem iure actionis, ſed officio Iudicis, *iuxta d. cap. quæſitum de Rer. permut. Card. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 7. nu. 32.* Nec vlla erit in hoc caſu ſimoniæ labes: quia eiuſmodi pactio per ſe nõ eſt mala: quia tãtum in ea exprimitur propria voluntas, & libertas ita ſe obligandi non eſt prohibita, cùm non ſit de permutatione beneficij, niſi iuxta iuris conceſsionem, & oſtendat tantum mutuam ſtabilitatem in concordia facta quantum erit ex parte ipſorum, *Filiucius tract. moral. 47. c. 7. nu. 18, vide VVameſ. tom. 2. conſil. 344. nu. 7. & conſil. 339. nu. 2.* Quando autem detur regreſſus ad beneficia poſt renunciationem hinc inde factam, vtpote ſuperueniente aliquo impedimento diximus ſuprà Cap. IX. & XXIX.

Cap. XXXIIII. Summarium.

De promoto ad Parochialem, qui intra annum non eſt promotus ad Sacerd. an commutare poſsit?

Quæſi-

QVæſitum eſt ſuprà *part.2.cap.11.* an ſubſi-ſtat permutatio promoti ad Eccleſiã parochialem, qui intra annum Sacerdotio non eſt initiatus, iuxta cap. Licet canon, de Electio. & is interim commutat: & reſoluimus de iure ſubſiſtere. Nunc de eo qui anno exacto à poſſeſsione adepta, nõ eſt ad ſacerdotiũ promotus, ſicut debuit promoueri, ſub pœna priuationis, *iuxta d. cap. Licet canon.* an talis permutare poſsit? & dicimus non poſſe: quia pœna illa priuationis eſt ipſo iure, cuius effectus eſt, vt excidat titulo ſui beneficij, vt notaui ad VIII. Reg. Cancell. *glo.7.* ideoque cùm nihil iuris amplius habeat, non mirum ſi cõmutare aut reſignare talis nõ poſsit: nam vbi certa dies eſt ſtatuta, aduetus illius diei ſtatuit & conſtituit in mora obligatos abſque aliquo interuallo temporis, *Nauar. conſil.1. de Reſcript.* quem appellat Flam. Pariſ. *lib.3. de Reſig. quæſt. 2. nu. 23.* vbi hanc regulam extendit contra Nauar. ad eum qui facta reſignatione reſeruauit ſibi penſionem priuati iam exiſtens per cõſtitutionem *d. c. Licet canon.* Nam cùm penſio detur reſignanti ne nimium diſpẽdium patiatur ex ceſsione, *Oldrad. conſ. 273. col 2. Gomeſ. quæſt. 60.* & ipſe nullum ius habeat, ſequitur penſionem reſeruatam eſſe nullam, *Flam. d. quæſt. nu. 26.* quod tamen limitat Nauar. *d. conſ. 1.* niſi narratum fuiſſet reſignantem in beneficio non habere Canonicum titulum.

CAP.

Cap. XXXV, Summarium.

An Prælati duarum dignitatum ſub eodem tecto commutare poſsint?

DIximus parte ſecunda cap. 27. Prælatos duarum Eccleſiarum permutare poſſe ſuas dignitates, Sed quum ſint in vna eadéque Eccleſia? Si diuerſo iure cenſeantur, vti ſunt Præpoſitura & Archidiaconatus, permutare poterunt, *Anchor. in cap. Quæſitum de permut. Card. Mantica tract. de Tacitis & ambig. conuent. lib. 25. tit. 9. nu. 57.* & ſicut dignitates diuerſæ ſpeciei permutari poſſunt, *cap. Cùm olim; de Rer. permut.* ita etiam alia beneficia diuerſæ qualitatis inuicem commutari poſſunt, *cap. Cùm vniuerſorum, ibi Innoc. d. tit.* vnde fit vt beneficium ſimplex cum Curato, & dignitas cũ beneficio ſimplici commutari poſſint, *Card. Mantica d. tit. 9. nu. 62. cum ſeqq.*

Cap. XXXVI. Summarium.

An ſpiritualibus annexa poſsint permutari ſine Epiſcopi auctoritate?

DIſtinctione quæſtio ſoluitur. Aut enim ſunt annexa ſpiritualibus, quæ ſymbolizant

lizant cum ſpiritualibus, cuiuſmodi eſt Ius patronatus, *cap. quanto; de Iudic.* ius funerandi, *cap. vlt. de ſepult.* Aut talia ſunt annexa, quæ temporalium habent proprietatem & naturam, qualia ſunt prædia vrbana & ruſtica, quæ Canonicatibus alijſque beneficijs ſunt annexa. Priorum permutatio illicita eſt ſine Superioris auctoritate, quod de his idem ſit cum ſpiritualibus iudicium, *cap. Quæſitum, de Rer. permut. & ibi Card. nu. 2. verſ. tertio.* Aliorum, licita ſit, hoc eſt vt ſine Superioris auctoritate permutari poſsint, *cap. ad quæſtiones, & ibi glo. verb. Contractus, de Rer. permut.* Ex quo ſequitur ſi Canonici velint permutare prædia præbendarum, quæ ſunt annexa iuri ſpirituali, hoc eſt, Canonicijs, hoc poſſunt facere ſine auctoritate Superioris, quia in ijs quæ ſunt temporalia non committitur ſimonia, *d. cap. ad quæſtiones*, ſed ſi velint commutare præbendas quæ habent naturam ſpiritualium, neceſſaria eſt auctoritas Superioris, *Imo. in cap. vlt. nu. 24. de Rer. permut. Card. Mantica de Tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 9. nu. 61.* Rurſum, ſunt quædam ſpiritualia annexa temporalibus, quæ ſæpè commutari non poſſunt, abſque ſimonia, vel cum re merè ſpirituali, vel inter ſe. Non quidem cum re merè ſpirituali: quia exceſſus in re temporali compenſaretur cum ſpirituali: vt quis coronam alicuius pretij commutet cũ multis Miſsis, vel vas ſacrum cum conſecratione

tione Eccleſiæ; non etiam cum alia re connexa ſpirituali, tum ob eandem rationem: quia ſcilicet exceſſus rei temporalis in vna compenſaretur per ſpiritualem, vt corona ex ſuccino, cum alia vili habente multas Indulgentias: tum quia non ſeruetur proportio inter vnum annexum, & aliud, vt quia annexũ antecedenter commutetur cum annexo conſequẽter, vt vas aliquod ſacrum cum beneficio, ſed benè poſſet calix ſacer cum pixide, vel beneficium cum beneficio ex vi iuris diuini. Et ratio eſt, quia in annexo antecedenter, principale eſt temporale, nempe materia; in annexo verò conſequenter, principale eſt ſpirituale quod per ſe datur; quare commutaretur tẽporale pro ſpirituali, ideoque eſſet ſimonia ex ſententia Suarez, *cap. 30. nu. 8.* quem ſequitur Filliucius *in oper. Moral. tract. 44. cap. 7. nu. 6.*

CAP. XXXVII. SVMMARIVM.

Quatenus in Electionibus, vbi commutationes fiunt committatur Simonia.

EXemplis res clarior fiet. Primum eſt de duobus Electoribus, qui ita paciſcũtur inter ſe: Tu elige hunc, & ego eligam illum. Vel ſi elector dicat Confirmatori, Tu cõfirma Titium, & ego eligam Seium nepotem tuum. Vel ſi elector dicat Collatori, Tu confer beneficiũ

Titio

Titio conſanguineo meo,& ego eligam Seium nepotem tuum. Vel ſi Patronus offerat præſẽtationem Titium in Curatum, ſi ipſe renũciet beneficium ſimplex in fauorem ſuum. Hæ enim omnes permutationes fiunt cum pactione illicita,& prohibita iure, ideoque ſunt ſimoniacæ. Et ratio eſt, quia etiamſi videantur cõmutari fũctiones ſpirituales pro ſpiritualibus, vt electio pro electione , electio pro collatione , præſentatio pro reſignatione,&c. tamen re vera ſunt medium & via ad lucra temporalia annexa beneficijs , ideoque iure optimo prohibitæ ſunt, Suarez *cap. 31. nu. 14.* Filliucius *in oper. moral. tract. 44. cap. 7. nu. 12.*

CAP. XXXVIII. SVMMARIVM.

Expectantes an capiant beneficia permutata?

PEr Gratias expectatiuas ad beneficia proxima vacatura non impediri beneficiorum permutationes, *text. eſt in cap. 1. de Rer. permut.* Vnde fit vt Preces primariæ Cęſaris non capiant beneficia permutata, vt ſcripſimus ad Preces Cęſareas. Limita tamẽ primò, niſi permutatio fieret in fraudem expectãtium, v.g. ſi fieret beneficij tenuis cum opimo , quia tunc expectantes capiunt beneficia fraudulenter permutata, *Anchor. conſ. 388. nu. 1. verb. in contrarium*

riumper d. c. 1. in fi. Sola tamen diſparitas non arguit fraudem, quippe poſſet quis ratione affectionis particularis, aut aëris, vel amœnitatis commutare, *Anchor. d. conſ. 388.* Ideò debent aliæ coniecturæ concurrere, *Geminianus in c. Licet nu. 22. de Rer. permut.* vt quando facta eſt ab eo qui paulò poſt profeſſus eſt religionem, *Card. Mantica de Tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 10.* vel quando infirmus ex cauſſa permutationis reſignat beneficium ſimplex pro curato pingue pro tenui, & conſanguineo ſuo vel amico. *Anchor. conſ. 385. Licet pridie per tit.* Et talis infirmitas debet eſſe grauis, & quod ea articuletur & probetur, etiamſi infirmus deceſsiſſet intra tres dies, *Anchor. d. conſ. 388. Card. Tuſchus tom. 6. concluſ. 310.* vbi reſtringit concluſionem, niſi expectantis gratia extingueretur; puta quia haberet ius vel ad beneficium permutatum, vel ad primam vacaturam, ſecus ſi non conſumitur, *Anchor. d. conſ. 388. nu. 5. verſ. Præterea & tertio.*

Cap. XXXIX. Svmmarivm.

Permutare an is poſsit qui accepit beneficium animo illud dimittendi.

INter alias conſtitutiones Pauli IV. extat vna quæ incipit *Inter cæteras 33.* quæ prohibet

bet expreſsè, nè quis acceptet beneficia Eccleſiaſtica ſine intentione determinata illa retinendi, & ordinem ſumendi in tali beneficio requiſitum, idque ſub pœna excommunicationis latæ, & Papæ reſeruatæ, necnon priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo ſine vlla alia declaratione incurrendæ. Ex illa Conſtitutione apparet permutationem in præſenti caſu eſſe illicitam: tum quia collatio beneficij facta excommunicato etiam occulto non tenet, *Caſſad. deciſ. 1. nu. 1. & 5. de Præbend. c. poſtulaſti ibi abb. de Cler. excom. miniſt. Felij in cap. ad probandum col. pen. de Re iud.* tum quia dicta Conſtitutio declarat tales acceptantes beneficia vt ſuprà, eſſe incapaces ad futura obtinenda. Vnde non videtur tutum Conſilium Nauarri 16. de Cler. non reſid. quo ſcribit licere acceptare beneficium, donec illi renunciauerit cum auctoritate iuſtâ Superioris ad permutãdum illud cum alio, vel ad relinquendum iuſtè ſibi reſeruata aliqua iuſta penſione. Tum quia obſtat diſpoſitio dictæ conſtitutionis, tum quia non poteſt quis conſtituere procuratorem ad acceptandum & renunciandum ſimul vt ex illo poſſit procurator acceptare tale beneficium, & illud reſignare, *Rebuff. in praxi tit. de Procur. ad reſig. conſt. nu. 16. & 17. Flam. Pariſ. de reſig. benef. lib. 9. q. 10. nu. 1.* Idcircò in Curia

ſemper exigitur iuramentum à petente beneficium, quòd illud non accipit animo illud dimittendi. Aduerte tamen, eum qui vt permutet beneficium cum alio, erigit auctoritate Epiſcopi beneficium, & facit ſibi ab illo conferri animo poſtea permutandi, ſub dicta conſtitutione non comprehendi: quia in illa agitur ſolùm de acquiſitione beneficiorum iam erectorum, nam cùm ſint iam ſub poteſtate Papæ, non vult ea conferre niſi ijs, qui animum habent ea retinendi, *Filiucius tract. moral. tract. 41. cap. 5. nu. 46. & 47.*

Cap. XL. Svmmarivm.

An ſit ſimonia præſentare aliquem cum onere, vt is defendat ius præſentationis.

Diſtinguo: aut eſt pactum inter patronum & præſentatum, vt iſte defēdat ius præſentandi ad patronum pertinere, aut vt præſentatus obligetur ad defendēdam ſuam præſentationem: priori caſu ſimonia eſt, quia perinde eſt ac ſi venderetur illa præſentatio pro illis expenſis, ad quas præſentatus non tenetur: ſecundo caſu, nullo modo ſimonia eſt, quia tunc non imponitur præſentato vllum onus præter id quod iure ineſt. Nec obligatur ad litigandum abſolutè, ſed ſub conditione ſi

velit

velit ſuam præſentationem ſtabilem permanere, quod eſt defendere ius ſuum, licet hoc redundet etiam in commodum patroni, ſeu illius qui habet præſentationem, *Suarez. cap. 28. nu. 14. Filliucius in Moral. quæſt. tract. 44. c. 6. n. 13.*

Cap. XLI. Svmmarivm.

An aliquando licitè fieri poſſit permutatio abſque auctoritate Superioru?

Diximus parte primâ huius tractatus *cap. 2.* neceſſariam eſſe Superioris auctoritatem pro auctoranda beneficiorum permutatione, nunc quærere libet, an aliquando liceat inire abſque illius aſſenſu & auctoritate? Hanc quæſtionem ita determinat eruditiſſ. P. Vincentius Filliucius, *in oper. ſuo Moral. tract. 45. cap. 7. nu. 23.* poſſe quidem fieri quando permutarentur præbendæ eiuſdem Eccleſiæ inter ſe, dummodo alterius collatio non pertineat ad inueſtituram alicuius, tunc enim requireretur eius conſenſus, moueturque auctoritate Innocen. *in cap. Quæſitum, de Rer. permut.* Alij tamen communiter nullam exceptionem admittunt ex Suarez, *cap. 32. num. 16.* nam iuris prohibitio generalis eſt, & abſque vlla exceptione. Et ratio eſt, quia præbendæ ſolæ permutari non poſſunt abſque titulo cui annexæ ſunt: cum ti-

tulo autem permutari non poſſunt abſque auctoritate Superioris, *per totum titulum de Renũciat. & de reg. iur. in 6.* Permutatio etiam bonorum adnexorum titulo, propriâ auctoritate facta, prohibita eſt in iure, ideoque vniuerſalis regula nullam habet exceptionem, vt pluribus idem *loc. cit.* docet. Communis ergo iſta opinio ſequenda, permutationem vt licitè fiat abſque ſimonia, expediri debere cum auctoritate Superioris, id quod etiam probatur *ex c. quærenti, cap. cùm olim, cap. cùm vniuerſorum de Rer. permut.* in quorum vltimo dicitur, *Licet ipſi per ſe de iure non poßint Eccleſiaſtica beneficia commutare*, adeò, vt ipſo iure beneficijs ſint priuati, qui propriâ auctoritate commutant, vt ſuprà oſtendimus *part. 1. d. cap. 2.* Quanquã licitum ſit prius tractare, de modo, forma, & conditionibus ineundæ permutationis, & cõcludere quantum eſt ex parte ipſorum, præſtando mutuum conſenſum, ſed in ordine ad conſenſum Superioris. Atque hæc eſt probabilior ſententia ex Suarez *nu. 7.* quam probat Filliucius *d. c. 7. nu. 17.* Qui enim negant, inquit, licitum eſſe tractare, nimis ſcrupuloſè loquuntur, vt quidam Canoniſtæ: tum quia tractare dicit ſolum præparationem ad actum conſummatum: actus autem permutandi vel paciſcendi tantum abſque ordine ad Prælatum prohibitus eſt, nec etiam in *d. c. cùm vniuerſorum* improbatur tractatus, ſed permutatio.

Ita

Ita quotieſcunque non paciſcuntur abſolutè, ſed in ordine ad conſenſum Superioris, non apparet vlla ſpecies mali: alioqui fruſtra poſtularetur conſenſus Superioris, ſi illo præſtito partes poſſent retrocedere, vt pluribus docet Suarez *d. loco* ex Zabarella *in c. vnico de Rer. permut.* Rebuff. *in praxi tit. de Permut. nu. 52.* qua de re latiùs ſupra *cap. 34.* Inſuper Epiſcopus poteſt ſine conſenſu patroni interponere auctoritatem permutationi, ſi non habet iuſtam cauſſam contradicẽdi, & permutatio fiat propter Eccleſiæ vtilitatem, ſecus autem erit ſi fiat contemplatione perſonarum, *Card. Mantica tract. de Tacit. & ambig. conuentio. lib. 27. tit. 3. nu. 26.* Verùm, an Epiſcopus poſſit interponere auctoritatem permutationi inuitis Collegijs, ad quæ pertinet collatio, electio vel præſentatio? videatur idem Card. Mantica *d. tract. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 8. nu. 23.* vbi ſcribit pro negatiua, ſi eiuſmodi collatio, electio vel præſentatio ad illa pertineat; ſecus autem ſi ad Epiſcopum. Quid ſi fiat permutatio ad manus inferioris? Reſponde, beneficia permutata vacare, ideoque Papam adiri debere, vt compleat permutationem, quia aliter non poſſunt permutantes redire ad ſua beneficia, *Fred. de Senis conſ. 112. incip. Amice chariſſime, Card. Tuſchus Tom. 6. commu. concluſ. iuris, concluſ. 307.*

Cap. XLII. Svmmarivm.

Permutatio beneficij cum penſione Spirituali, an expediri poſſit coram alio, quàm Papa?

MEmini me Parte 2. huius tractatus *cap. 18.* oſtendiſſe illicitam eſſe permutationem vnius, vel plurium beneficiorum cum penſione ſimplici, quod ſecus eſt de penſione erecta in titulum beneficij, cùm talis penſio ſit ad inſtar beneficij Eccleſiaſtici. Quæritur modò, coram quo expediri queat iſta permutatio, an coram Prælato ordinario, an verò coram Papa? Placet opinio exiſtimantium Papæ auctoritatem requiri: ſiquidem inferioribus tantum permiſſum eſt vt poſſint admittere permutationes beneficiorum; quæ facultas non eſt extendenda ad permutationes beneficij cum penſione; cùm materia permutationum ſit ſtrictè interpretanda ex quo ſit odioſa: continet enim relaxationem quandam antiqui iuris, & veluti diſpenſationem quandam iuris communis de vitandis pactionibus in rebus ſpiritualibus, ideoque non eſt extendenda niſi ad ea quæ in proprietate verborum cótinentur nomine beneficij. Atque hæc opinio vera eſt de ſtylo Curiæ, quia inter DD. res eſt controuerſa, vt videri poteſt apud Suarez *cap. 23. nu.*

23.nu.4. Leſsium *cap. 35. nu. 86.* Filliucium *in opere Moral. tract. 44.c. 7. nu. 26.* qui ſcribit ſtylum Curiæ ſecutum eſſe partem negantem, Inferioribus Papa eiuſmodi auctoritatem, ideoque iam fecit legem, vt hæc permutatio beneficij cum penſione titulata ad Papam tantum pertineat. ſtylus enim Curiæ ſeruatur pro lege, *Flam. Pariſ. lib. 1. de Reſignat. benef. quæſt. 2. nu. 8. & lib. 10. quæſt. 2. nu. 15. & lib. 3. quæſt. 5. nu. 55. Milisin Repert. verſ. Stylus Curiæ.*

Porrò, quod diximus *d. c. 18. nu. 4.* permutationem beneficij cum penſione ſimplici nè quidem auctoritate Papæ iniri poſſe, ex quo ſit ſimonia iuris diuini: hoc limitationem accipit, niſi Papa vellet vni dare penſionem, & alteri beneficium, non tanquam pretium & in commutationem pro beneficio, ſed pro ſua paterna prouidentia & munere in ſubſidium ſuſtentationis. Item poteſt nolle dare beneficium vni niſi renunciet penſioni, quia nō vult illum habere tot reditus, renunciatâ autem penſione, poteſt illam Papa dare alteri vt ex eo viuat, idque ex officio ſuo, non ad inſtantiam partis, aut renunciantis cum clauſula, *non aliter, nec alio modo:* id enim fieri non poſſet, teſte Suarez *d. c. 33. nu. 10.* & Filliucio, *d. c. 7. nu. 27.* vbi ſubijcit idem dicēdum de permutatione commendæ militaris, aut temporalis cum beneficio.

Cap. XLIII. Svmmarivm.

Vtrum permutatio ſubſiſtat pactum imponendo, vt penſio alteri detur ob inæqualitatem?

SOluitur quæſtio cum hac diſtinctione: aut ſit permutatio iſta auctoritate Epiſcopi, aut Papæ. Priori caſu ſimonia eſt iuris diuini, quia datur quid tẽporale, pro ſpirituali quod eſt beneficium, præterquam quod Prælati inferiores Papa, auctoritatem non habent imponendi penſionem, ſed tantum admittendi permutationes beneficiorum purè & ſimpliciter, *cap. vnico de Rer. permut.* Licebit tamen Epiſcopo cùm beneficia permutata ſunt inæqualia, ex officio mandare (ceſſante pacto) quod recipiens beneficium pinguius ſoluat aliquam penſionem ſuo tempore duraturam ad coæquandos vtriuſque beneficij permutati fructus, *Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. 14. nu. 38.* Non quidem deſumendam ex fructibus beneficij permutati, cùm Epiſcopus non poſsit ſeparare partem fructuum à beneficio, cùm beneficia conferri debeant ſine diminutione, *tot. tit. Vt benef. ſine diminut.*

Secundo caſu, licita erit permutatio ex communi DD. ſententia apud Suarez *cap. 24. nu. 17.* Nam quatenus id eſſet contra ius commune, Papa

Papa non tenetur illo, ſed poteſt ſecum diſpenſare, inquit Filliucius *in opere Moral. tract. 45. c. 7. nu. 36.* & quatenus contra ius diuinū, deficit ratio in ipſo, tum quia penſio ab eo cōſtituta ſpiritualis eſſe poteſt, vtpote annexa ſpirituali officio, atque ita non compenſatur ſpirituale pro temporali, ſed pro ſpirituali. Quod ſi merè ſit temporalis, poteſt eam ſeparare à beneficio, & concedere alteri in ſuſtentationem & ſubſidium vitæ: tum quia non confertur penſio ex voluntate permutantium, ſed ex pendenti arbitrio & prouidentiâ Papæ, quo pacto diſpenſari poſſunt reditus Eccleſiæ: inferiores autem Prælati non conferunt ad arbitrium ſuum, ſed iuxta conceſſionem eis factam per ius commune, vt pluribus probat Suarez *loco cit.* conferunt ea quæ ſuprà ſcripſi *part. 3. cap. 2.*

Interim aduerte, quod ſi quis permutauerit beneficium in manibus Papæ, & conſenſerit penſionem ſuper altero beneficio non permutato conſtitui, valet talis penſionis conſtitutio, etiam in præiudicium ſucceſſoris, ſi Papa voluerit ad ſucceſſores tranſire, *Boër. conſil. 29. Tepatius Compend. deciſ. Var. tit. 13. cap. 5.* Plura hac de re videantur ſuprà *part. 3. cap. 7.*

CAP.

Cap. XLIIII. Svmmarivm.

An coram Ordinario permutare quis poſsit beneficium, cuius poſſeſsionem necdum adeptus eſt.

Reſpondetur affirmatiuè: Nam habens ius in re non tamen adeptam poſſeſsionem (quia per collationem acceptatam, etiam ante adeptam poſſeſſionem ius in re in beneficio acquiritur, *cap. ſi tibi abſenti, de Prabend. in 6. Flam. Pariſ. de Reſign. beneſ. lib. 3. q. 16. nu. 2. & lib. 10. quaeſt. 6. nu. 2. & quaeſt. 8. nu. 5. Molina de Iuſtit. tract. 2. diſp. 2. verſ. Dixi ſuperiùs, Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glo. 15. §. 1. nu. 15. & 33. Rota in vna Vercellen. Canon; xi. Decemb. 1603. coram* R. P. D. *Coccino apud Farin. part. 2. tom. 1. deciſ. 498.*) poteſt beneficium coram Ordinario reſignare, vel cum alio permutare, *Franc. cap. 1. nu. 16. & ibi Gamb. nu. 86. de Rer. permut. in 6. Probus ad Monach. in cap. Licet Epiſcopus nu. 6. de Praebend. in 6. Coraſ. de Beneſ. cap. 9. nu. 1. Nauar. conſ. 4. nu. 2. tit. de Simonia, Cardin. Mantica tract. de Tacitis & ambig. conuentio. lib. 25. tit. 9. nu. 2. & 9. Nicol. Garcia tract. de Beneſ. d. cap. 4. nu. 15. Auguſt. Barboſa, tract. de off. & poteſt. Epiſcopi, alleg. 69. nu. 16. & 17.*

Vnde, habens ius in re ex ſola ſupplicatione ſignata litteris non expeditis, poterit ius illud cum beneficio commutare: nam ex ſola ſigna-

ſignatura acquiritur titulus beneficij, ex ea enim gratia eſt perfecta. *Caſſad. deciſ. 4. nu. 2. de Cauſſa poſſ. & propriet. & deciſ. vlt. de Reſtit. ſpol. Caput Aquen. deciſ. 173. nu. 2. p. 2. Nicol. Garcia tract. de Benef. p, 4. c. 2. nu. 10. & 11.* ſecus dicitur in habente ius ad rem, videlicet expectatiuam: quia tale ius non poteſt permutari, *Barbat. & Zabarel. in c. quæſitum col. 4. de Rer. permut.* Flam. Pariſ. *d. lib. 2. quæſt. 23. nu. 15.* Ius enim quærendum in ſpe dicitur valde debile, & non conſiderabile, *Card. Seraphinus deciſ. 325. nu. 24.* qua de re latiùs parte primâ diximus.

FINIS.

PErluſtraui Syntagma *De Permutationibus Beneficiorum* Reuerendi & Eximij D. IOANNIS A CHOKIER, Canonici Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, & Vicarij in Spiritualibus Generalis, nihilque in eo reperi fidei aut bonis moribus contrarium. Datum Kal. Februarij, 1632.

NICOLAVS DE ROCOVRT, *Canonicus S. Bartholomæi, & Examinator Synodalis.*

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC TRACTATV DE PERMVTATIONIBVS BENEFICIORVM CONTINENTVR.

A.

ABbas an auctoritatem præſtet permutantibus, nu. 1. 50.

Abbas non exemptus permutationes recipit, ſi ius illud præſcriptione acquiſierit, nu. 6. 51.

Abbates exempti à Iuriſdictione Epiſcopi habent Eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas, habentq́ in ijs Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nu. 4. 50.

Abbates rectè commutant ſuas dignitates, Papa, vel Legato de latere permutationem auctorante, nu. 2. 77.

Accuſatione pendēte an ſubſiſtat permutatio, nu. 1. 90.

Accuſatione vel inquiſitione pendente nibil innouandum, nu. 1. Ibid.

Accuſatus per maleuolos poteſt pendente lite promoueri, etiam reſignare, ſi non præceſſerit infamia apud graues viros, nu. 9. 94.

Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem,

nem,nu. 8. 217.

Affectio intrat quando reſignatio eſt nulla. 267.

Actus certo tempore non concluſus, perpetuus reputatur,nu. 8. 123.

Admiſſa per Epiſcopum reſignatione ex cauſſa permutationis,& ſi antequam cōtulerit moriatur, Capitulum vel Vicarius Epiſcopi conferet,nu. 9. 36.

Ætate legitima carens Canonicatum quem obtinet dimittere intra ſex menſes debet, nulla etiam reſeruata penſione,nu. 6. 81.

Super ætate Epiſcopus non diſpenſat, ſed Papa, nu. 7. & 8. 82.

Alienans patrimonium ſub cuius titulo quis ordinatus eſt, licet peccet, non tamen incurrit ſuſpenſionem, nec eſt ordinatus ſine titulo. 134.

Alienigenæ an rectè permutent ſi extet conſuetudo in loco beneficij quod exteris beneficia non conferantur,nu. 6. 49.

Alienigenæ non admittuntur ad beneficia ſine Principis conſenſu,nu. 7. 49.

Annata an habeant locum in permutationibus beneficiorum. 168.

Annus intra quem prouiſus ad parochialem debet promoueri ad ſacerdotium, computatur à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis,nu. 4. 131.

Animæ periculum vbi timetur, ea eſt ſumenda interpretatio, quæ durior eſt & fauet animæ,nu. 19. 191.

Antiquior Canonicus quoad ius optandi dicitur non ab ætate, ſed à diuturniore Canonicatus poſſeſſione,nu. 9. 151.

Archi-

Archidiaconi Iuriſperiti eſſe debent,nu. 3. 88.
Argumentum à ſimili non procedit, quando aliqua diſsimilitudo etiam minima ex iure colligitur, nu. 6. 20.
Attentatorum reuocationem impedit notorius iuris defectus,nu. 6. 228.
Auctor permutationum beneficiorum exemptorum eſt ſolus Pontifex,nu. 11. 15.
Auctor permutationi expediendæ eſſe poteſt mandatarius Superioris,nu. 15. 16.
Auctoritas eius qui expedire debet permutationes, illius eſſe debet qui beneficiorum permutandorum inſtitutionem ſeu collationem habet,nu. 7. 12.
Auctoritatem permutationi expediendæ non præſtat patronus laicus,nu. 16. 16.
Archidiaconi Leodien. tam iure communi quàm Statutis & Concordatis cum Epiſcopo initis, Rectoribus Eccleſiarum regendi impotentibus etiam inuitis poſſunt Coadiutores dare. 246.

B.

Beneficium quo quis venit priuandus poteſt cum alio permutari,nu. 13. 6.
Beneficia non dicuntur verè vacare ex cauſſa permutationis ad effectum reſeruationis,nu. 7. 20.
Beneficio Curato capax eſſe poteſt, qui intra annum à Concilio Triden. definitum Sacerdotio initiari poteſt,nu. 4. 85.
Beneficium ex ſuperueniente Irregularitate non vacat ipſo iure,nu. 3. 96.
Beneficiorum reſeruatorum permutatio an ſubſiſtat, nu.

nu. 1. 106.
Beneficium habens & Expectatiuam ad aliud cum clauſula, vt cùm primum gratia ſortiatur effectum debeat primum dimittere, an poſsit illud permutare, antequam gratia ſuum ſortiatur effectum. 291.
Beneficia exempta quæ dicantur, nu. 5. 111.
Beneficij qualitate ſuppreſſa an ſubſiſtat permutatio, nu. 1. 112.
Beneficia renunciata ex cauſſa permutationis verè vacant, nu. 2. 117.
Beneficium in commendam datum, quod? nu. 1. 122.
Beneficia vnita an permutentur, nu. 1. 124.
Beneficium vnitum Papa poteſt non obſtante vnione conferre ſuſpendendo vnionem ad vitam eius cui illud confert, nu. 6. 126.
Beneficia plura cum vno, & è contrario an permutari poſſint? nu. 1. 141.
Beneficium debitis grauatum permutari poteſt hac lege, vt debita ſequantur recipientem, vt intelligatur, nu. 2. 146.
Beneficium verbo collatum per S. Pontificem, an poſſit à Collatario permutari? pag. 175. & 176.
Beneficium cum retardatis canonibus commutatum an ſubſiſtat? nu. 1. 192.
Beneficiorum pluralitas Pariſijs damnata. 197.
Beneficium inter duos ſi ſit litigioſum etiam ab altero poſſeſſum, non poteſt coram Ordinario permutari ex cauſſa concordiæ cum alio beneficio, nu. 9. 207.
Beneficium dicitur litigioſum quando lis eſt mota ſu-
per

per priuatione, & in conſequentiam vt adiudicetur litigatori beneficium. 207.

Beneficij reſignatio facta litis mentione ſubſiſtit, 207.

Beneficij vnius cum duobus ſubſiſtit permutatio, 215.

Beneficium petenti ex cauſſa permutationis, an neceſſe habeat probare compermutantem ius ad illud habuiſſe, nu. 1. 221.

Beneficium an dicatur vacare ob non publicationem, quando ille qui publicare tenebatur, deceſſit intra tempus publicandi. 234.

Beneficia dicuntur vacare in Curia quæ renunciantur in manu Papæ per Procuratores abſentium. 237.

Beneficiũ nõ retinet irregularis ſine peccato, nu. 2. 96.

Beneficia an vacent in Prouincia in qua Procurator permutat, an verò in qua Procurator moratur. pag. 255.

Beneficia permutata non cadunt ſub Expectatiuis, nu. 3. 261.

Si beneficium non acquiratur illi, in cuius fauorem facta eſt reſignatio, non vacat. 299.

Beneficia diuerſæ qualitatũ permutari poſſunt. 304.

Beneficij collatio facta excõmunicato non tenet. 309.

Beneplacitum Papæ abolet omnes Simoniæ pœnas, nu. 2. 192.

Bulla Pij V. de Confidentijs habet locum etiam in permutationibus beneficiorum. 232.

C.

Capitulum Sede vacante auctoritatem præſtat permutantibus, nu. 5. 34.

Capi-

Capitulum ſede vacante caret Iuriſdictione, niſi quatenus inueniatur expreſſa, nu. 2. 34.

Capitulum ſede vacante permutationi beneficiorum auctoritatem non præſtat, quorum collatio ad ſolum Epiſcopum *ſpectat, nu. 5.* 35.

Capitulum non fungitur vice Epiſcopi *quoad reſignationes beneficiorum recipiendas, nu. 3.* 34.

Capitulum ſede vacante ſuccedit in Iuriſdictione *tã in ſpiritualibus, quàm temporalibus, nu. 7.* 36.

Canones nemini fraudem & dolum volunt patrocinari, nu. 6. 92.

Clauſula Motus proprij *nihil operatur vbi eſt conceſſus ad inſtantiam partis, nu. 6.* 115.

Clauſula Motus proprij *effectus, remiſſiuè, 9.* 115.

Clauſula Saluo beneplacito, &c. *non tollit vitium Simoniæ ob pacta interuenientia, ſi permutatio vel reſignatio fiat coram inferiore, & beneplacitum non obtineatur, nu. 8.* 168.

Clerici idonei non ſunt procuratores rerum ſæcularium, nu. 2. 257.

Clerici obtinentes penſiones ad horas B. Mariæ *tenentur, vt & habitum* Clericalem *deferre, nu. 10.* 188.

Coadiutores dati infirmis ad tempus, non priuant coadiutos titulo aut poſſeſſione. 246.

Coadiutor Epiſcopi *an auctoritatem præſtet permutantibus, nu. 1.* 44.

Coadiutorias cum futura ſucceſſione ſolus Papa *facit.* 245.

Coadiutor Epiſcopi *eſt* Prælatus, *& habet curam animarum, nu. 4.* 45.

Coadiutor Epiſcopi datus ratione ætatis non poteſt vnire, nec conferre beneficia. 46.
Coadiutoria temporalis auctoritate Ordinarij conceſſa non impedit quo minùs Coadiutus permutet vel reſignet, 243.
Vel de fructibus diſponat. 247.
Collatio beneficij facta alteri quàm praſentato per patronum irrita & nulla eſt. 58.
Collatio Superioris requiritur in Permutatione, 8. 13.
Collatio facta criminoſo valet etiam tacenti crimē, ſi non ex eo inducatur Irregularitas vel Inhabilitas, nu. 10. 94.
Collatio facta Irregulari, non ſubſiſtit, nu. 1. 96.
Collatio beneficij facta excommunicato non ſubſiſtit, nu. 7. 97.
Fallit in neſciente excōmunicationem, nu. 9. Ibid.
Collatio facta excommunicato ex cauſſa permutationis non ſubſiſtit, quamuis tempore reſignationis & admiſsionis non eſſet excommunicatus. E conuerſo ſi tempore collationis ſeu admiſsionis non erat excommunicatus valebit collatio & permutatio, quamuis tempore reſignationis & admiſsionis Ordinarij eſſet excommunicatus, nu. 11. 98.
Collatio beneficiorum alijs quàm ipſis permutare volentibus facta, nulla eſt. 150. & nu. 10. 14.
Collatio expreſſa Superioris requiritur in permutatione, non etiam tacita ſufficit, nu. 5. 165.
Per tacitam tamen acquiritur ius in re. 238. in fi.
Collatio beneficiorum vbi ſpectat ad Superiorem & Capitulum, tunc auctoritas vtriuſque interuenire debet

debet in permutatione,nu. 7. 13.
Commenda alia temporalis,alia perpetua,nu.2. 122.
Commendæ omnes hodie ſunt irreuocabiles & indiſtinctè permutantur.nu.5.& 6. 123.
Commendæ perpetuæ nihil diſtant ab alijs beneficijs, nu.7. 124.
Commendæ in dubio præſumũtur perpetuæ,nu.7.ibid.
Concilium Triden. præſcribens ætatem in collatione, locum etiam habet in reſignatione in fauorem & permutatione,nu.2. 81.
Concilij Triden. diſpoſitio, non poteſt per æquipollens adimpleri,nu.8. 119.
Concilij Trid. diſpoſitio ſeſſ.21. c. 2. non eſt extendẽda ad permutationes beneficiorum ſecũdum quoſdam. 261.
Conſtitutio Pauli IV. vetantis acceptare beneficia ſine intentione illa retinendi, an habeat locum in permutatione. 309.
Concurſus fieri non debet in parochialibus vacantibus per reſignationem in fauorem. 172.
A Concordia in beneficialibus licitum eſt recedere ante Beneplacitum Sedis Apoſtolicæ,nu. 4. 252.
Conditiones quæ tacitè inſunt ſpiritualibus in pactum deduci poſſunt,nu. 3. 146.
Conſenſus in Coadiutoriam non inducit reſignationem. 246.
Conſentire non videtur præſens & tacens in præiudicialibus, nu.1. 71.
Conſenſus patroni illius an requiratur de cuius iure conſtat tantum per multiplicatas præſentationes, nu.

nu.1. 73.

Conſenſus Epiſcopi tacitus an ſufficiat pro auctoranda permutatione; nu.1. 164.

Conſenſus declarari ſolet, vel verbis, vel nutu, vel nuncio, nu.2. 164.

Per conſenſum in Vrbe præſtitum abdicatur omne ius & titulus beneficij à reſignante, & transfertur in reſignatarium. 293.

Conſtitutio Pauli IV. ne quis acceptet beneficia Eccleſiaſtica ſine intentione illa retinendi. 309.

In Conſtitutione Pontificis nihil debet eſſe ſuperuacuum, nu.5. 11.

Conuentio in reſignatione ſuper fructibus lite non cœpta, eſt ſimoniaca, nu.5. 193.

Contumacia præſentem & conſentientem reddit eum qui legitimè vocatus eſt, nu.11. 61.

Curatum beneficium habens, an cum ſimplici, vel alio Curato permutare poßit, nu.2. 130.

Curatum beneficium vigore permutationis accipiens intra annum promoueri debet, aliàs eo priuatur, nu. 4. 131.

D.

DAtum non videtur quod retineri non poteſt, nu. 15. 6.

Declarationes Cardinalium Interpretum Concilij Triden. habent vim Legis, & ſuper ijs Papa dat Breue, & Auditor Cameræ Monitorium in earum executionem, & Rota eas abſque vlla controuerſia amplectitur. 173.

Deten-

Detentio ſola cauſſat reuocationẽ attentatorũ, 226.
Dignitates diuerſæ ſpeciei permutari poſſunt. 304.
Diſpenſatus vt intra certum tempus vnum beneficium dimittat, an poſſit illud cum alio commutare, 136.
Diſpenſatus ad duo incompatibilia ſolent petere prorogationem diſpenſationis ad vitam, id quod Papa litteratis & nobilibus plerumque concedit, 138.
Diſpenſatus ad duo beneficia reſidentiam requirentia, debet reſidere in eo quod maiorem neceſſitatem ſeu cauſſam reſidendi habet, pag. 139. in fi.
Diſpenſatus ad plures dignitates reſidentiam requirentes, debet reſidere in digniori. 140.
Diſpenſatus ad parochialem in qua reſidet, & Canonicatum, percipit fructus Canonicatus exceptis diſtributionibus quotidianis, pag. 140. *niſi etiam poſſit reſidere in Canonicatu, quo caſu etiam diſtributiones percipiet.* ibid.
Diſpoſitio odioſa non extendenda ad ſimilem caſum, pag. 242.
Diſpoſitio per æquipollens adimpleri non poteſt, quãdo illa traditur pro forma, 266.
Donatarius fructus perceptos reſtituere non tenetur reſoluta donatione natiuitate filij. 220.
Donatarius donatione reuocata fructus interim perceptos reſtituere non tenetur. ibid.

E.

IN Electionibus quatenus committatur ſimonia vbi commutationes fiunt. 306.
Epiſcopus in ſua Diœceſi eſt Vicarius Chriſti, nu. 6. 12.

 Epiſ-

Epiſcopus in Curia exiſtens auctoritatem permutantibus non præſtat, nu. 1. 39.
Epiſcopus licet accuſatus de crimine per quod venit priuandus, nihilominus permutationes expediet, nu. 2. 28.
Epiſcopus an alteri delegare poſsit facultatem recipiendi renunciationes beneficiorum ex cauſſa permutationis, nu. 1. 41.
Epiſcopus auctoritatem præſtat permutantibus beneficia quorum alij ſunt collatores, illis tamen conſentientibus, nu. 1. 42.
Epiſcopus vel Legatus à latere non præiudicat ijs quibus ius competit eligendi, nu. 2. 79.
Epiſcopi ſcire debent iura, nu. 4. 88.
Epiſcopo inferiores auctoritatem non præſtant permutantibus, niſi illam conſuetudine vel priuilegio adepti ſint, nu. 4. 43.
Epiſcopi ſuos Epiſcopatus non permutant citra Pontificis conſenſum, nu. 1. 77.
Epiſcopus an poſsit interponere auctoritatem permutationi inuitis Collegijs, ad quæ pertinet collatio, electio, collatio, præſentatio. 313.
Epiſcopus an poſsit cùm beneficia ſunt inæqualia reſeruare aliquam penſionem ad coæquandos beneficij fructus. 316.
Et quid in Papa? 317.
Examen per concurſum an ſit faciendum in beneficijs reſignatis ex cauſſa permutationis. 170. & 171.
Examen faciendum in permutatione beneficij Curati cum ſimplici, ſed non per concurſum. 172.
Excep-

Exceptio non iuris impedit reuocationem attentatorum, nu.4. 225.
Exceſſus valoris vnius præbendæ non poteſt compenſari pecuniâ, ſi exceſſus ille cum ſuo titulo annexus conſideretur, nu.6. 187.
Secus ſi conſideretur vt quid ſeparatum à ſuo titulo. Ibid.
Excommunicatus an permutare poßit beneficia, nu. 7. 97.
Excommunicatus penſionis eſt incapax, nu.8. 97.
Excommunicato facta beneficij collatio non ſubſiſtit, nu.1. 96.
Exemptorum Ordinarius *ſolus Papa, nu.1.* 99.
Exempti beneficia an poßint coram Epiſcopo *permutare, nu.1.* 99.
Exemptorum beneficiorum non ſubſiſtit permutatio niſi coram Papa, *nu.4.* 111.
Expectatiuæ litteræ non impediunt permutationes, nu.10. 109.
Expectatiuæ litteræ vel ius quòd quis habet vigore illarum ad beneficium, permutari non poteſt cum alio beneficio, nu.4. 4.
Intellige, *vt pag. 307.*
Expectatiuas gratias Papa hodie non ſolet concedere, nu.16. 6.
Expectatiuæ litteræ hodie ſunt ſublatæ per Concilium Triden. *nu. 18.* 183.
Euicto vno beneficio de duobus permutatis, læſus habere poteſt regreſſum ad ſuum beneficium. 142.

F.

Fideidatio & Iuramentum æquipollet, nu. 5. 167.
Filius Clerici habens beneficium in Eccleſia, in qua pater aliud obtinet, poteſt cum alio commutare, vel illud reſignare, nu. 1. 85.
Filij præsbyterorum legitimi poſſunt beneficia etiam via permutationis obtinere in Eccleſiis, in quibus parentes eorum reſident, non tamen illa quæ proximè habuerunt, nu. 3. 86.
Flaminij Pariſij reprobatur opinio, nu. 4. 11.
Fraus omnis abeſſe debet à permutatione, nu. 1. 178.
Fraus non præſumitur niſi probetur, nu. 2. ibid.
Fraus per eum probanda qui eam allegat, nu. 3. ibid.
Fraus non generatim, ſed ſpecificè probanda eſt. ibid.
Fraus probatur tantùm Coniecturis. 178.
Fraus præſumitur ex permutātis ſenectute, nu. 11. 180.
Fraus præſumitur ſi permutatio fiat cum beneficio ficto vel nullius momenti, nu. 12. 181.
Eiuſmodiq; permutationem nullam declarauit Pius IV. ibid.
Fraus præſumitur ex clandeſtina permutatione, nu. 12. 181.
Fraudulenta non præſumitur permutatio ratione inæqualitatis ſi alia coniectura non accedant, nu. 6. 179. 183. & 309.
Fraudis coniectura videntur tantùm hodie locum obtinere quoad expectantes, non quoad Ordinarios, nu. 18. 183.
Functiones ſpirituales pro rebus ſpiritualibus an recte

ctè commutentur. 307.

G.

GEneralis conceßio non extendit ſe ad ea quæ S. Sedes ſpecialiter ſibi reſeruauit, nu. 2. 37.
Gradus Licentiatus vel Doctoratus non excuſat ab examine. 171.
Gratiosè vbi Papa quem ſurrogat non debet ius auctoris illius diſcuti. 207.
Gratia Perinde valere ſanat permutationes factas de beneficijs reſeruatis coram Papa, nulla reſeruationis facta mentione, nu. 2. 111.
Gratia Motus proprij excludit omnes defectus, nu. 5. 114.
Gratia videtur ſubreptitia, cùm permutantes alia ſubticent beneficia quæ poßident, nu. 4. 117.
Gratia Perinde valere nõ tollit ius quæſitũ tertio. 269.
Concedi ſolet cùm quis non expreſsit ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum. Ibid.

H.

HÆreditaria beneficiorum ſucceßio Canonibus damnata, nu. 4. 86.
Hoſpitalia quæ in titulum conferuntur cum beneficijs commutantur, nu. 5. 121.

I.

IGnorantia iuris excuſat quando agitur de damno vitando, quod verum in ignorantia iuris dubij, nu. 13. 62.

Illegi-

Illegitimus diſpenſatus ad vnum curatum, illo adepto cum alio Curato permutare non poteſt, datúrq; vtrique permutatione expedita recurſus ad priora beneficia. 209.

Illiterati beneficiorum incapaces, nu. 1. 87.

Impenſæ in beneficio facta an cadant in permutationem beneficialem. 147.

Impetrationes ſunt reſtringendæ, nu. 3. 113.

Incompatibilia beneficia poßidens non poteſt primum cum alio ne quidem ſimplici commutare, nu. 12. 6.

Inferior Epiſcopo non præſtat auctoritatem permutantibus, nu. 1. 26.

Niſi habeāt Iuriſdictionem Epiſcopalem vel quaſi, aut conſuetudine illam adepti eſſent. Ibid.

Inferior Epiſcopo an ius auctorandæ permutationis poßit præſcribere, nu. 3. 27.

Inferioris ab Epiſcopo conſenſus ſaltem requiritur in permutationibus beneficiorum, quorum ipſi ſunt collatores, nu. 5. 28.

Inferior Epiſcopo ſi permutationi expediendæ per Epiſcopum couſentire nolit, cogi poterit ſi permutatio vtilis ſit Eccleſia, nu. 6. 28.

Inquiſitione vel accuſatione pendente, an ſubſiſtat reſignatio vel permutatio, nu. 1. 90.

Intellectus cap. Si beneficia, de Prabend. in 6. nu. 2 210.

In ſpiritualibus ad Intereſſe agi nequit, nu. 8. 166.

Irregularis non poteſt ſine peccato retinere beneficium quæſitum poſt Irregularitatem, nu. 2. 96.

Irregularis an permutare poſſit beneficia, nu. 1. 96.

Irre-

Irregularis nedum ad beneficia, ſed & ad penſiones inhabilis eſt, nu.4. 96.

Irregulari ex homicidio voluntario facta collatio beneficij, nulla eſt, nu.6. 96.

& quid in mutilatore? Ibid.

Ius habens ad beneficium non poteſt permutare cum habente ius in beneficio, nu. 11. 5.

Ius habens ad rem ſeu beneficium virtute expectatiuæ, non poteſt cum alio permutare, nu.14. 6.

Ius à beneficio non abdicatur abſque Superioris auctoritate, nu.4. 69.

Quod verum in præiudicium Superioris, non reſignantis. Ibid.

Ius patronatus ſatis probatur vel ex authentico documento, vel per multiplicatas præſentationes, ſi tamen agatur poſſeſſorio iudicio, imò & petitorio, ex Reſolutione S.Congregationis Concilij, & præſentationes fuerint ſortitæ effectum, nu. 3. 74.

Ius patronatus probatur etiam ex tribus antiquiſsimis præſentationibus, nu.4. 74.

Ius patronatus, vt teſtibus probetur, requiritur vt illi ſint maiores quinquagenarijs, nu.9. 75.

Ius patronatus antiquum probatur per famam, nu.10. 75. Vel per antiquiſsimas probationes, vel per authentica documenta. Ibid.

Ius patronatus ſi in controuerſo ſit, diſcuti debet coram Epiſcopo, nu.12. 76.

Ius patronatus, an cum quacumque re permutari poſſit? 135.

Ius patronatus cum alio tantum iure ſpirituali permuta-

mutari poteſt. 135.
Non etiam cum re temporali, alioqui ſimonia committeretur, licet ex ea non incurratur excommunicatio Extrauag. 2. de Simonia. Ibid.
Iuri ſuo renunciaſſe nemo præſumitur, nu. 2. 71.

L.

Laici, an & quando arceantur à tractatione rerum ſpiritualium, nu. 1. & 4. 257.
Laici vtiliter conſtituuntur ad actus permutationũ, nu. 3. Ibid.
Laicus procurator generalis & adminiſtrator bonorũ Eccleſiæ eſſe non poteſt, nu. 3. 257.
Læſio vltra dimidium iuſti pretij an attendatur in permutationibus. 199.
Læſio ſeu deceptio vltra dimidium iuſti pretij quæ dicatur in beneficijs, nu. 7. 200.
Legatus an permutationibus auctoritatem præſtet, nu. 1. 37.
Legatus non confert beneficia reſeruata, nu. 2. 37.
Legatus penſiones in beneficijs non reſeruat, ibid.
Fallit vt nu. 3.
Legatus auctoritatem præſtat permutantibus beneficia non reſeruata, vt & Iurupatronatus, nu. 6. 38.
Legatus beneficia Iurispatronatus Laici non confert, nec illa permutandi auctoritatem dat, nu. 7. 39.
Fallit vt nu. 8.
Legatus à latere, Diœceſanus eſt locorum & perſonarum exemptarum, nu. 2. 100.
Leges correctoriæ non extendendæ ex identitate rationis.

tionis. 242.
Lis mota incidenter ſuper beneficio nō inducit vitium litigioſi. 106.
Lis mota coram Iudice incompetente non inducit vitium litigioſi. ibid.
Lis mota ſuper poſſeſſorio vitium litigioſi non inducit. Ibid.
Lis vbi non eſt mota ſuper priuatione beneficij illud litigioſum non redditur. Ibid.
Vt nec quando in reſignatione facta eſt litis mentio. Ibid.
Lis quot modis finita dicatur, nu. 8. 205.
Litigioſi beneficij an ſubſiſtat permutatio, nu. 1. 204.
Litigioſum beneficium reſignari non poteſt, nu. 7. 203.
Litigioſum beneficium non reddit lis ſuper poſſeſſorio tantum mota. 206.
Litigioſi vitium non inducit lis iniuſta. Ibid.
Litigioſa rei alienatio nulla eſt, nu. 2. 204.
Lite pendente alienatio, facta dolo præſumitur. Ibid.
Litigioſi vitium Papa purgare poteſt, & alteri collitiganti facere gratiam, nec per hoc dicetur attentare. 106.

M.

Mandatum à Papa habens de prouidendo, poſſeſſore beneficij reſignante, nihilominus de eo illi prouideri debet, nu. 7. 7.
Mandatũ de prouidendo acquiritur ius ad rem, 237.
Mandatum generale pro cura an ſufficiat ad reſignãdum, nu. 1. 249.

Mandatum ſine cura ad reſignandum beneficia obtinenda ſufficit, nu. 3. 250.

Mandati ad reſignandum ſimpliciter reuocatio intimari debet, non ſolum principali, ſed etiam procuratori, nu. 9. 257.

Manuale beneficium ſi iure deuoluto conferat Papa, non ideò illius qualitas immutatur, nu. 5. 128.

Manuali beneficio permutato vel reſignato, an illius qualitas immutata cenſeatur. Ibid.

Manualia beneficia poſſunt permutari & reſignari expreſſa manualitate, nu. 2. & 3. 127.

Manualia beneficia Superiorum voluntate ſunt reuocabilia, nu. 1. 127.

Minor in beneficialibus pro maiore habetur, nu. 4. 199.

Minori non currit triennium, de quo in Regula de Triennali, nu. 5. 199.

Motus proprius Papæ nihil operatur vbi conſtat conceſſum eſſe ad Inſtantiam partis, nu. 6. 115.

N.

NAuarri opinio improbatur. 232. in fi.

Nemini facit iniuriam qui iure ſuo vtitur, nu. 3. 131.

Nepos illegitimi non poteſt obtinere beneficium in quo auus miniſtrauit, nu. 2. 86.

Nominatus ad aliquod beneficium permutare ius quod ad rem vigore nominationis habet, non poteſt, nu. 6. 7.

O. Or-

O.

ORdinarius intra ſex menſes conferre debet beneficia. 52.
Ordinarius Exemptorum eſt Papa,nu.1. 99.
Ordinarius in Vrbe exiſtens auctoritatem non præſtat permutantibus,nu.15. 16.
Ordinarius non confert beneficia reſeruata ex cauſſa permutationis renunciata,nu. 2. 107.
Ordinarius penſionem reſeruare non poteſt ſine iuſta cauſſa. 170.202.& 203.
Ordinarij appellatione qui veniant,nu. 6. 12.
Ordinarij recipere poſſunt beneficiorum permutationes contra Flam. Pariſij opinionem,nu.4. 11.
Ordinarij in Germania an expediant permutationes in menſibus reſeruatis per Concordata,nu.1. 18.
Ordinarij in Germania recipiunt renunciationes beneficiorum ex cauſſa permutationis, dummodo illa nō ſint ex aliquo capite reſeruata,n.5. 20.& 107.
Ordinariorum manus ligantur per Reſeruationes, nu.6. 108.
Ordinario non conferente, aut nolente conferre beneficia permutare volentibus, recurrere poſſunt ad Superiorem. 53.
Ordinarij auctoritate an ſubſiſtat permutatio ſic inter duos inita,vt alteri permutantium non remaneat vnde commodè ſe ſuſtentare queat. 200.
Officialis Epiſcopi auctoritatem non præſtat permutantibus,nu.1. 30.
Opinio Flam. Pariſij improbatur,nu.4. 11.

Optio

Optio in beneficijs qua dicatur? nu. 1. 148.
Optio non habet locum in beneficijs reſeruatis, nu. 2. 149. *Quod verum in ſpecialiter reſeruatis.* Ibid.
Optio in beneficijs permutatis locum non habet, nu. 5. 149. *Limita vt nu.* 7. & 8.

P.

PActum an ſubſiſtat, quo conuenit vt meum beneficium accipias, tuum verò cedas meo nepoti, vel alteri tertio nullum beneficium habenti, nu. 6. 104. & 301.
Pactiones in beneficijs illicitæ ſunt, & ſimoniacæ, nu. 1. 145.
Pactiones quomodo interuenire poſſint in actu permutationis, nu. 1. 155.
Paciſci cum altero permutantium non licet vt expẽſas quas fecit in beneficio litigioſo poſſit eas repetere ſi beneficium reſignet vel permutet, nu. 8. 157.
Papa eſt ſupra Concilium generale Triden. nu. 16. 7.
Papa in dubio nemini præiudicare velle præſumitur, pag. 111.
Papa in dubio non intendit ſtatuta Religioſorum tollere, nu. 5. 128.
Niſi ex certa ſcientia prouideat, nu. 6. Ibid.
Papa faciendo aliquid quod non poteſt valere propter defectum iuris niſi diſpenſet, ſi ſcit illum defectum videtur tacitè diſpenſare, non autem ipſo inferior, niſi expreſsè dicat ſe diſpenſare. 170.
Papa purgat vitium litigioſi, & alteri collitiganti facere gratiam poteſt, nec per hoc attentare dicitur,

tur. 206.
Papa in beneficialibus pleniſsimam habet poteſtatem. nu. 2. 66.
Papa non cenſetur Iuripatronatus Laicorum derogare non facta Iuriſpatronatus mentione, nu. 4. 66.
Papa non ſolet, nec præſumitur ius alteri quæſitum aut datum tollere, nu. 3. 66.
Niſi de eius voluntate conſtet euidenter. Ibid.
Papæ beneplacitum omnes ſanat defectus, nu. 9. 157.
Patientia & taciturnitas patroni habetur pro conſenſu quoad actum permutationis. 72.
Patrimonialia beneficia an permutari poſsint? 132.
Patrimonialia beneficialia ſemper ſunt conferenda per Concurſum, nec permutationes admittunt, nu. 1. 133.
Patrimonialia beneficialia an ſubijciantur diſpoſitioni Concilij Triden. cap. 15. ſeſſ. 25. nu. 1. 133.
Patrimoniale beneficium quod dicatur. 132.
Patroni ſunt vocandi in permutationibus beneficiorum, nu. 2. 56.
Patroni irritam reddunt permutationem ipſis ignaris factam intra ſex menſes. 58.
Patroni conſenſus ſuperueniens confirmat actum permutationis. Ibid.
Patroni præſentia & taciturnitas pro conſenſu habetur. 72.
Patronorum intereſt ne beneficiati dimittant ipſis neſcijs. 57.
Patrono tantum contradicente ſine legitima cauſſa non irritatur inde permutatio, ſi illa ſit vtilis Ec-

X clesiæ,

cleſiæ,nu.10. 62.

Imò eo caſu cogi poterit vt conſentiat. Ibid.

Patrono legitimè vocato & contumaciter ſe abſentante, expediri poteſt permutatio, ſi ea vtilis ſit Eccleſiæ, nu.11. 61.

Patronus an præſumatur vocatus ad actum permutationis. 63.

Patronus laicus an ſit vocandus ſi permutatio expediatur in Rom. Curia,nu.1. 65.

Peccant grauiter Prælati, qui indignis beneficia conferunt,nu.6. 88.

Penſio an cum beneficio Eccleſiaſtico permutari poſſit? nu.1. 143.& 188.

Penſio aſsignata Clerico in titulum beneficij eſt ad inſtar beneficij Eccleſiaſtici, nu.2. 143.

Ideoq; permutari poteſt. Ibid.

Penſio beneficialis non titulata poteſt etiam in laicum cadere ſecundum quoſdam,nu.3. 143.

Penſio ſimplex nec titulata non poteſt cum beneficio commutari ſecundùm quoſdam,nu.4. 144.

poteſt ſecundùm alios,nu.9. 188.

Penſio ſine S.Pontificis auctoritate redimi non poteſt, nu 6. 144.& 190.

Multo minus vendi poteſt,nu.17. 190.

Penſio licet quid ſit temporale, eſt tamen annexum rei ſpirituali,nu.7. 144.

Penſio an conſtitui poſsit propriâ auctoritate ſoluenda ei qui beneficium permutauit maioris valoris cum pacto anticipatæ ſolutionis,nu.1. 202.

Penſio an reſeruari poſsit alteri, quàm compermutanti,

ſtanti,nu.4. 105.

Penſio an ſubſiſtat reſeruata reſignanti priuato ipſo iure,vel per ſententiam,non facta mentione de defectu tituli,nu. 14. 219.

Penſio reſeruata ab illo qui nullum ius habet in beneficio,eſt nulla. 303.

Penſionarij adſtringuntur ſaltem ad horas B. Mariæ, tenenturq́; habitum clericalem deferre,nu.10.188.

Permutatio quid ſit. 3.

Permutationis beneficiorum definitio,nu.4. 4.

Permutatio rei certæ & propriæ, non alienæ ſubſiſtit, nu.5. 4.

Permutatio facta per Procuratorem conſtitutum tēpore quo conſtituens non erat Dominus *beneficij non valet, licet tempore quo procurator permutauit eſſet Dominus,nu.9.* 5.

Permutatio veri cum beneficio fictitio, ſiue de pertica non ſubſiſtit,nu.20. 8.

Imò eſt ſimoniaca,nu.21. Ibid.

Permutatio beneficiorum regulariter prohibita, nu. 10. 1. An ſit fauorabilis. 172.

Permutatio propria auctoritate facta eſt ſimoniaca, nu.2. 10. & nu.18. 172.

Permutantes propria auctoritate ſuis debent priuari beneficijs,nu.3. 10.

Permutatione non perfecta ob aliquod impedimentū, noua opus eſt permutantibus collatione, vt ad ſua redire queant beneficia,nu.10. 14.& 209. & ſeq.

Permutans cum infirmo qui obijt intra XX. dies, an ad ſuum redire poßit beneficium, ſi contingat ſe ab

eo euinci, nu. 8. 25.

Permutationis actus non pertinet ad Ordinem, ſed magis ad Iuriſdictionem, nu. 3. 27.

Permutationes auctorandi facultas ſoli Epiſcopo eſt reſeruata, nu. 4. 30.

Permutatio beneficiorum à quo auctorãda, ſi in diuerſis exiſtant Diœceſibus. 47.

In permutatione facienda eſt mentio tituli beneficij, ad quem quis eſt ordinatus. 263.

Probatur Rotæ deciſione. 264.

Permutatio non propterea cenſetur ſurreptitia, ſi permutans non expreſſerit alia beneficia. 292.

Permutatio non ſubſiſtit non vocatis ijs quibus ius cõpetit patronatus, nu. 3. 57.

Permutatio non vocatis patronis non eſt nulla ipſo iure, ſed ope exceptionis, nu. 5. 57.

Permutatio ſubſiſtit etiam irrequiſito patrono ſi facta ſit ob neceſſitatem vel vtilitatem Eccleſiarum, pag. 59. Vel expedita ſit coram Papa mentione illi facta Iuriſpatronatus, quo caſu cenſetur ei derogare, dummodo non ſit Ius patronatus Ducum, Regum, &c. Ibid.

Permutatio an interdum expediri queat ſine Superioris auctoritate, nu. 1. 53. & 312.

Permutanti ſine conſenſu patroni non datur regreſſus, nu. 13. 62. quod verum, ſi habuit notitiam Iuriſpatronatus. Ibid.

Permutantem abſque patroni conſenſu non iuuat ignorantia iuris, nu. 13. 62.

Permutatio non irritatur ſi patronus ſine iuſta cauſ-

ſa

ſa contradicat, dummodo permutatio vtilis ſit Eccleſiæ, nu. 10. 62.

Permutatio non ſubſiſtit, ne quidem coram Papa, nulla Iuriſpatronatus facta mentione: etiamſi alterum tantum beneficiorum ſit de patronatu laici, nu. 6. 67.

Permutatio ſubſiſtit cum conditione ſi patrono placeat, nu. 1. 68.

Permutatio non ſubſiſtit inita cum eo qui non eſt in ætate legitima, nu. 1. 80.

Permutatio non ſubſiſtit facta cum eo qui non eſt inſtructus ſcientia in beneficio permutando requiſita, nu. 4. 88.

Permutans non tenetur poſſeſſionem beneficij permutati dimittere, niſi compermutans acceptet. 297.

Permutans beneficium habens ordines annexos, ſi intra annum ſe promoueri non fecerit, eiuſmodi beneficio priuatur, nu. 5. 81.

Permutatio facta pendente accuſatione ſuper crimine quo venit priuandus, non ſubſiſtit, nu. 4. 91.

Permutantes non poſſunt paciſci vt tertius renunciet ſuo beneficio in fauorem alterutrius permutantium, nu. 2. 103.

Permutationi expediendæ an omnes vocandi quorum intereſt, nu. 1. 70.

Permutantes beneficia reſeruata coram Ordinarijs nihil agunt, nu. 2. 107.

Etiamſi fiat permutatio beneficij reſeruati cum non reſeruato, nu. 9. 109.

Permutationis facultas reſtringenda, nu. 3. 113.

Permutatio dependet ex gratia & diſpenſatione Superioris,nu.4. 117.
Permutatio illius ne quidem coram Papa ſubſiſtit,qui cum diſpenſatione poßidet duo incompatibilia,non facta mentione Decreti de altero dimittendo in actu diſpenſationis inſerto. 137.
Permutans alterum Curatorum cum ſimplici poterit ſimplex illud retinere cum ſuo curato. 138.
Permutationum cauſſæ ſunt,vtilitas, & euidens Eccleſiæ neceßitas,nu.1. 152.
Quas Epiſcopus diſquirere & examinare debet, Ibid.
Permutatio fieri debet pro cauſſa ſpirituali, vt melius Deo ſeruiatur: aliàs ſi pro humano aliquo commodo vtriuſque vel alterius fiat permutatio,eſt ſimoniaca,nu.4. 153.
Permutationes beneficiorum non expediuntur niſi purè & liberè,nu.3. 155.& 166.
Permutatio executa in vim tractatus & pacti præcedentis nulla eſt & ſimoniaca, ſi non contraxerint ſub beneplacito Ordinarij,vel Papæ, vel aliàs illud beneplacitum non præuenerit renunciationem, ſeu permutationis executionem. 158.
Permutatio inter duos inita hac lege,vt ſi alterutrum beneficiorum eſſet penſione grauatum, is cuius erat ante permutationem penſionem ſolueret, an ſit ſimoniaca? 159.
Permutatio eſt Simoniaca ſi ob inæqualitatem fructuum reſeruetur alteri permutantium penſio cum pacto, vt ſtatim redimatur. 160.

In permutationibus an ſit locus Conſtitutionibus Pij IV. & Pij V. de Conſidentia. 160.
Permutare beneficium cum alio an quis ſic poſſit, vt ſuũ detur tertio per Superiorẽ Ordinariũ, nu. 1. 161.
Permutatio Triangularis vetita eſt. 162.
Permutatio parochialis cum beneficio ſimplici, ſi corã Ordinario fiat, an ſit faciendum nouum examen quoad parochialem. 171.
Permutatio pinguis beneficij cum tenui præſumitur fraudulenta, præſertim facta à ſene, nu. 9. 180.
Permutatio non ſubſiſtit ea lege, vt compermutans ſuppleat inæqualitatem beneficij fructibus beneficij permutati, vel aliqua alia re temporali, nu. 1. 184.
Fallit, vt nu. 3. Ibid.
Permutatio beneficij cum retardatis canonibus an ſubſiſtat, nu. 1. 192.
Permutatio an ſubſiſtat ea lege, vt alter permutantium non impleat permutationem; ſed vtrumque beneficium retineat. 194.
Permutatio alienationis nomine cõtinetur, nu. 4. 204.
Permutatio beneficij litigioſi, ne quidem per modum Concordiæ coram Ordinario ſubſiſtet. 208.
Permutatio vnius beneficij cum duobus valet. 215.
Permutatio ſi non poteſt ſortiri effectum ob dolum vel culpam permutantis, illi non dabitur regreſſus, & beneficium alteri poterit conferri, nu. 11. 217.
Permutatio executa in vim tractatus & pacti præcedentis, nulla eſt & ſimoniaca, ſi non contraxerint ſub beneplacito Ordinarij vel Papæ: vel ſi ita contraxerint, illud beneplacitum non præceſſerit renun-

renũciationem, ſeu permutationis executionẽ, 158.

Permutatio ſic inita & admiſſa per Ordinarium, vt detur dimidia pars fructuum Collatori, vel cuidam tertio aut compermutanti, an ſit ſimoniaca. 169.

Permutatio parochialis cum beneficio ſimplici ſi corã Ordinario fiat, an ſit faciendum nouum examen quoad parochialem. 171.

Permutatione abſoluta, ſi alteruter pacta reſcindat, agi non poteſt vt reſoluatur contractus, ſed vt promiſſa ſeruentur, nu. 3. 211. & 214.

Permutatio vel reſignatio an ſubſiſtat facta de beneficio quod ex Decreto Papæ tenebatur dimittere intra ſex menſes. 239.

Permutatione exiſtente nulla abſque culpa permutantium, licet ipſis redire ad ſua beneficia. 264.

Permutans impeditus à compermutante non tenetur dimittere poſſeſſionem ſui beneficij. 297. & 298.

Permutanti ſi dictata ſit lis à compermutante, permutans ille manet interim in poſſeßione. 299.

Permutantibus an liceat recedere à tractatu permutationis, non obſtante pacto adiecto in permutatione, quod in illa perſeuerarent? 300.

Permutans cogi poteſt à compermutante vt fidem promiſſis adimpleat. 302.

Permutare an poßit promotus ad Parochialem, qui intra annum non eſt ſacerdotio initiatus. 303.

Permutare an poßint Prælati duarum dignitatum ſub eodem tecto. 304.

Permutare an quis poßit beneficium per ſe non poſſeſſum. 318.

Permutari an poßint ſpiritualibus annexa, ſine Epiſcopi auctoritate. 304.
Permutare an is poßit qui accipit beneficium animo illud dimittendi? 308. & 307.
Permutatio an aliquando fieri poßit abſque Superioris auctoritate. 311. & 312.
Permutari non poſſunt prębendę abſque titulo cui annexa ſunt. Ibid.
Permutationis tractatio non abſoluta, ſed in ordine ad Superioris conſenſum, licita eſt. 313.
Permutatio beneficij cum penſione ſpirituali, an expediri poſsit coram alio quàm Papa? 314.
Permutatio Commendę temporalis aut militaris cum beneficio. 315.
Permutatio an ſubſiſtat cum pacto, vt penſio alteri detur ob inęqualitatem. 316.
Permutatio habet conditionem ſuſpenſiuam, dummodo alter alterius beneficium aſſequatur. 262.
Permutationi poteſt Epiſcopus auctoritatem interponere, ſi Patronus nullam habet cauſam contradicendi. 313.
Permutatione perfecta per renunciationem hinc inde factam, & collationem hinc inde ſecutam, ſi vnus pacta reſcindat, non reſoluitur permutatio, ſed ad implementum agendũ eſt, nu. 3. 213. & nu. 5. 156.
Permutatione facta, ſi alter permutantium non publicarit permutationem, an quoad alterum ſubſiſtat permutatio? 234.
Permutatione facta in manus Papę ſi alter permutantium moriatur in partibus ante collationem
ipſi

ipſi factam, an vacauerit beneficium in Curia? 237.
Permutationes includuntur ſub Conſtit. Pij V. & Gregorij XIII. de Publicãdis reſignationibus, nu. 3. 229.
Permutans cum beneficio quod penſione grauatum ignorabat, recurſum habere poteſt ad ſuum beneficium, vel agere ad indemnitatem, nu. 9. 208.
Permutans manens in poſſeßione vtriuſque beneficij permutati, incidit in pœnas Confidentiæ ex Conſtit. Pij V. 233.
Permutantes ad ſua redeuntes beneficia, an fructus interim perceptos teneantur reſtituere, vbi alter permutantium plus debito percepit? 219.
Permutãti pulſo de poſſeßione, an competat remediũ, cap. Redintegranda? 223.
Permutanti an competat Interdictum Recuperandæ contra tertium qui illũ ſpoliauit, nu. 1. & ſeq. 224.
Permutanti an obſtet exceptio Simoniæ petenti reuocationem attentatorum, nu. 1. 227.
Per permutationem datur vacatio, & perditur titulus & poſſeßio, nu. 4. 230.
Permutantium vterque publicare debet permutationem, nu. 5. 230.
Permutari poteſt ius in re ſeu beneficio, licet illius adepta non ſit poſſeſsio, nu. 4. 4.
Permutationi expediendæ an omnes vocandi quorum intereſt. nu. 1. 70.
Placitum Superioris ſi executio permutationis præcedat, permutatio nulla eſt & ſimoniaca, nu. 7. 167.
Poſſeßionem ciuilem amiſiſſe non videtur qui ſtatim redit. 211.
Præ-

Prælati duarum Eccleſiarum Collegiatarum, an poſſint nolentibus collegis permutare, nu. 1. 79.

Præſcriptis verbis actio naſcitur ex permutatione, nu. 3. 3.

Præſens & tacens præſumitur conſentire in actu, in quo conſenſus vel diſſenſus requiritur, nu. 5. 72.

Præſens & tacens habetur pro conſentiente fauore Eccleſiæ & cuiuſcumque piæ cauſſæ. Ibid.

Præſentatus ad aliquod beneficium vel approbatus per Concurſum ad parochialem, ius inde illi quæſitum permutare non poteſt, nu. 6. 5.

Præſumptiones iuris ſaltem allegari debent, nu. 9. 180.

Præſumptio orta à diuturnitate temporis, admittit probationem in contrarium, nu. 8. 65.

Præſtimonium quid? & an ſit beneficium Eccleſiaſticum? nu. 1. 121.

Præſtimonia quæ habentur in titulum permutari poſſunt, nu. 3. 120.

Præſtimonia quæ laicis dantur non permutãtur. Ibid.

Præſtimonia quæ in titulum dantur ſubſunt Regulis Cancellariæ de Annali & Triennali, nu. 5. 121.

Priuilegium de fructibus primi anni beneficiorum vacantium, an comprehendat beneficia vacantia ex cauſſa permutationis. 174.

Procurator generaliter conſtitutus donare vel alienare non poteſt, nu. 2. 250.

Procurator vnus & idem à duobus permutare volentibus conſtitui poteſt. 248.

Procurator ad permutandum vel reſignandum datus cum iuramento, de eo non reuocando, an poſtea nihilo-

hilominus reuocari poſsit? nu.1. 251.
Procurator ad permutandum constitutus coram Papa, an ſi permutet coram Ordinario ſubſiſtat permutatio? nu.2. 254.
Procurator ad permutandum conſtitutus, ſi poſt annum permutationẽ expediat, nihil agit, nu.1. Ibid.
Procurator qui conſenſit ſeu renunciauit intra annum, mortuo poſtea principali ante expeditionem litterarum, an cogi poſſit pro illarum expeditione, nu.3. 254.
Prohibitum immediatè, videtur etiam prohibitum mediatè, nu.4. 34.
Promiſsio permutare cupientium hinc inde facta de procuranda & exequenda permutatione ſubſiſtit, nu.1. 166.
Promotus ad Eccleſiam parochialẽ intra annum promoueri debet, alioqui illa priuatur, nu.1. 130.
Et ſi intra annum alteri reſignet, hic intra alterũ annum promoueri debet, quod intellige à die adeptæ pacificæ poſſeſsionis, nu.4. 131.
Promotus ad S. Ordines ſub titulo patrimonij, an admittatur eius tituli fungentis vice beneficij permutatio cum Eccleſiaſtico beneficio. 134.

Q.

Qualitas beneficiorum per Papam conferendorum eſt illi declaranda, aliàs ceſſat ipſius diſpoſitio, nu.2. 113.
Qualitas beneficij ſuppreſſa non obſtat, ſi gratia facta ſit motu proprio, nu.4. 114.

Qua-

Qualitas requiſita in beneficijs, requiritur etiam in vacantibus ex cauſſa permutationis. 175.
Qualitate beneficij ſuppreſſa an ſubſiſtat permutatio, nu.1. 112.
Qualitate beneficij ad cuius titulum quis eſt inſtitutus ſuppreſſa, permutatio redditur nulla, nu.7. 119.
Qualitate beneficij ſuppreſſa an ſubſiſtat permutatio, nu.1. 112.
Qui contra iura mercatur, bonam fidem habere non præſumitur. 220.
Qui eſt extra culpam & dolum, pœnam non meretur, nu.6. 231.
Quod in fauorem alicuius introductum eſt, in illius odium & fraudem retorqueri non debet. 246

R.

Ratihabitio Superioris ſufficit in permutatione, nu.13. 15.
Ratihabitio intra ſex menſes interuenire debet, nu. 14. Ibid.
Ratione vna ſublata de duabus, remanet diſpoſitionis effectus, nu.3. 23.
Rebuffi opinio improbatur. 215. in fi.
Regalia durante poteſt Rex admittere reſignationes beneficiorum quæ in Regalia vacarent per obitum, non ſolùm ſimpliciter, ſed etiam ex cauſſa permutationis. 102.
Regalia pendente poteſt Rex prouidere de beneficijs vacantibus nedum de facto, ſed etiam de iure, puta per incapacitatem, incompatibilitatē, &c. Ibid.

Rega-

Regaliæ iure an vacent beneficia, ſi poſt admiſſam renunciationem poſſeſſio non ſit capta antequam Regalia ſint aperta. 100.inſi.

Regreſſus non datur quando permutatio ſeu reſignatio conditionalis culpa reſignantis non habet effectum, nu.13. 62. & nu.6. 231.

Regreſſus ad beneficia permutata an detur ſuperveniente aliquo impedimento, nu.1. 209.

Regreſſu locus erit ſi Ordinarius, aut Superior admittere nolit permutationes, nu.5. 49.

In Regreſſu opus eſt noua collatione, aut ſaltem auctoritate aut declaratione Superioris, nu.3.211.& 212.

Regula Cancellariæ de Publicandis reſignat. an locum obtineat in reſignatione facta ex cauſſa permutationis? nu 1. 229.

Regula Cancell. de Impet. benef. per obitum familiarium Card. an comprehendat beneficia renunciata ex cauſſa permutationis. 241.

Regula de Triennali an iuuet permutantem triennalem poſſeſſorem? 242.

Regula de Infirmis an locum habeat in permutationibus benef. nu.1. 22.

Regula Cancellariæ de beneficijs vacaturis per promotionem an obtineat in permutatione. 290.

Reſignatario non dicitur ius acquiſitum, niſi capta poſſeſſione, ideò reſignans interim poterit poſſeſſioni incumbere. 294.

Reſignans in fauorem certæ perſonæ, videtur conditionaliter reſignare, videlicet dummodo beneficium quæratur permutanti. 295.

Reſig-

Reſignans etiam ſimpliciter licitè poſsidere & adminiſtrare poteſt, vſque ad aduentum ſucceſſoris. 256.
Regula de Infirmis loquitur in quacumque ſpecie dimiſsionis beneficij. nu. 2. 23.
Regula de Infirmis locum habet etiam in permutationibus coram Ordinarijs ſecundùm quoſdam, nu. 5. 24.
Remedio l. 2. C. de Reſcind. vend. an ſit locus in permutationibus beneficiorum, nu. 1. 197.
Remedium cap. Redintegranda an competat permutanti ſpoliato. 223.
Remiſsione pretij non deſinit eſſe contractus emptionis venditionis. 196.
Per Renunciationem ex cauſſa permutationis beneficia verè vacare dicuntur, nu. 2. 19. & 175.
Ex qua inducitur priuatio tituli & poſſeſsionis. 243. Secus ad effectum Reſeruationis, nu. 7. 28.
Renunciatio beneficij facta coram non Superiore, ſubſiſtit, cum conditione, Si Superiori meo placuerit, nu. 2. 68.
Renunciatio omnis facta ſub modo, vel conditione, eſt ſimoniaca, nu. 3. 104.
Renunciatio beneficij tacitè inducitur, cùm quis aliũ, licet intruſum, pro beneficiato recognoſcit. 248.
Renunciatio & permutatio beneficij facta procuratore reuocato, an ſubſiſtat, nu. 7. 258.
Renunciatio beneficij in fauorem tertij, an ſubſiſtat, nu. 1. 161.
Renuncians beneficio, amittit omnem illius proprietatem & poſſeſsionem, nu. 5. 108.

Renun-

Renunciationes beneficiorum coram Ordinarijs in fauorem ſunt ſimoniacæ. 162.

In renunciatione ſimplici nullus titulus remanet penes renunciantem ſeu reſignantem. 262.

Renunciatione facta requiritur expreſſa collatio. 238.

Renunciatione beneficij amittit quis nedum dominiū, ſed etiam poſſeſsionem, nu.2. 225.

Renunciare videtur beneficio, qui conſentit vt alteri conferatur. 248.

Reſcriptum vel gratia impetrata ab excommunicato, non valet, nu.12. 98.

Reſeruata beneficia quæ dicantur? nu.4. 38.

Reſeruatio facta de beneficio primo vacaturo per reſignationem, procedit in ſimplici reſignatione, non ex cauſſa permutationis. 21.

Reſeruatio beneficiorum duplex, alia Generalis, alia Specialis, nu.1. 106.

Reſeruatorum beneficiorum non ſubſiſtit permutatio coram Ordinarijs, nu.2. 107.

Reſeruatorum beneficiorum permutatio non ſubſiſtit, ne quidem coram Legatis à latere, nu. 3. 107.

Reſeruatorum beneficiorum collatio ad ſolum Papam ſpectat, nu.4. 108.

Reſeruatorum beneficiorum facta permutatio auctoritate Papæ nulla Reſeruationis illi facta mentione, an ſubſiſtat? nu.1. & ſeqq. 110.

Reſeruatio penſionis in fauorem tertij non reſignantis non ſubſiſtit, nu.2. 162.

Reſeruationes beneficiorum Galli non agnoſcunt, nu. 11. 109.

Reſeruatione ligantur manus Ordinariorũ,nu.6.108.
Reſignatio iuris ad rem ſubſiſtit coram Papa,nu.9.25.
Reſignatio ſeu permutatio parochialium hodie nõ admittitur in Curia, praſertim cum penſionis reſeruatione, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illam poſſederit,nu.4. 131.
Reſignatio beneficij litigioſi nulla eſt,nu.8. 205.
Fallit multis modis,vt ibi.
Reſignans cuius reſignatio fuit nulla ob expreſsionem maioris valoris beneficij, non habet regreſſum ad ſuum beneficium,nu.13. 218.
In Reſignationibus ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum & aliarum gratiarum,nu.7. 126.
Reſcriptum Perinde valere ſolet concedi quando reſignans non expreſsit ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum. 269.
Reuocatio procuratoris conſtituti ad permutandum vel cedendum valet,licet conſtituens iurauerit non reuocare,nu.3. 252.
Reuocationis mandati intimatio facta Domino ſufficit,licet non Procuratori vel Superiori,nu.8. 258.
Rotæ deciſio dicentis faciendam eſſe mentionem tituli beneficij, ad quem quis eſt promotus. 264.

S.

Scientia pro qualitate beneficij alia atque alia eſſe debet,nu.2. 87.
Simonia propriè eſt cùm datur quid temporale, prò ſpirituali,nu.3. 10.
An ſit ſimonia præſentare aliquem cum onere, vt is defendat ius præſentationis. 330.
Per ſignaturam gratia eſt perfecta. 319.

Simonia non obſtante, Rota quandoque reuocat attentata, nu.7. 228.
Simoniaca reſignatione abdicatur ius à reſignante, nec datur ei regreſſus, nu.12. 218.
Simoniæ exceptio an obſtet permutanti petenti reuocationem attentatorum? nu.1. 226.
Simoniacus præſumitur qui poſt beneficij ceſsionem & captam à ceſsionario poſſeßionem fructus aut illorum partem percipit ex Conſtit. Pij V. 232.
Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure, & factus inhabilis tam ad agendum, quàm ad beneficia, nu.2. 226.
Simoniaco ſpoliato daretur vitioſus ingreſſus, ſi mediante reuocatione attentatorum reſtitueretur, nu.4. 228.
Simoniacorum beneficia vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione, nu.8. 145.
Solemnitas extrinſeca non præſumitur actui interueniſſe, nu.3. 63.
Solemnitas extrinſeca quando interueniſſe præſumatur, nu.5. 64.
Solennitas extrinſeca curſu decennij cum poſſeſsione interueniſſe præſumitur, nu.5. 64. & nu.5. 125.
Solennitas extrinſeca dicitur ſine qua actus ipſe ſtare poteſt, licet lex actum ipſum vt minus ſolennem nõ approbet, nu.2. 63.
Stylus Rom. Curiæ ſeruandus eſt. 118. & 315.
Subreptitia dicitur gratia eius qui beneficia quæ poſſidet ſubticet, nu.3. 117.
Suppreſsio aliorum beneficiorum an permutationem reddat nullam, nu.1. 117. & 6. 118.

Surro-

Reſeruatione ligantur manus Ordinariorũ,nu.6.108.
Reſignatio iuris ad rem ſubſiſtit coram Papa,nu.9.25.
Reſignatio ſeu permutatio parochialium hodie nõ admittitur in Curia, præſertim cum penſionis reſeruatione, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illam poſſederit,nu.4. 131.
Reſignatio beneficij litigioſi nulla eſt,nu.8. 205.
Fallit multis modis,vt ibi.
Reſignans cuius reſignatio fuit nulla ob expreſſionem maioris valoris beneficij, non habet regreſſum ad ſuum beneficium,nu.13. 218.
In Reſignationibus ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum & aliarum gratiarum,nu.7. 126.
Reſcriptum Perinde valere ſolet concedi quando reſignans non expreſsit ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum. 269.
Reuocatio procuratoris conſtituti ad permutandum vel cedendum valet,licet conſtituens iurauerit non reuocare,nu.3. 252.
Reuocationis mandati intimatio facta Domino ſufficit,licet non Procuratori vel Superiori,nu.8. 258.
Rotæ deciſio dicentis faciendam eſſe mentionem tituli beneficij, ad quem quis eſt promotus. 264.

S.

SCientia pro qualitate beneficij alia atque alia eſſe debet,nu.2. 87.
Simonia propriè eſt cùm datur quid temporale, pro ſpirituali,nu.3. 10.
An ſit ſimonia præſentare aliquem cum onere, vt is defendat ius præſentationis. 330.
Per ſignaturam gratia eſt perfecta. 319.

Simonia non obſtante, Rota quandoque reuocat attentata, nu.7. 228.

Simoniaca reſignatione abdicatur ius à reſignante, nec datur ei regreſſus, nu.12. 218.

Simoniæ exceptio an obſtet permutanti petenti reuocationem attentatorum? nu.1. 226.

Simoniacus præſumitur qui poſt beneficij ceſsionem & captam à ceſsionario poſſeſsionem fructus aut illorum partem percipit ex Conſtit. Pij V. 232.

Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure, & factus inhabilis tam ad agendum, quàm ad beneficia, nu.2. 226.

Simoniaco ſpoliato daretur vitioſus ingreſſus, ſi mediante reuocatione attentatorum reſtitueretur, nu.4. 228.

Simoniacorum beneficia vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione, nu.8. 145.

Solemnitas extrinſeca non præſumitur actui interueniſſe, nu.3. 63.

Solemnitas extrinſeca quando interueniſſe præſumatur, nu.5. 64.

Solennitas extrinſeca curſu decennij cum poſſeſsione interueniſſe præſumitur, nu.5. 64. & nu.5. 125.

Solennitas extrinſeca dicitur ſine qua actus ipſe ſtare poteſt, licet lex actum ipſum vt minus ſolennem nõ approbet, nu.2. 63.

Stylus Rom. Curiæ ſeruandus eſt. 118. & 315.

Subreptitia dicitur gratia eius qui beneficia quæ poſſidet ſubticet, nu. 3. 117.

Suppreſsiõ aliorum beneficiorum an permutationem reddat nullam, nu.1. 117. & 6. 118.

Surro-

Reſeruatione ligantur manus Ordinariorū,*nu.6.* 108.
Reſignatio iuris ad rem ſubſiſtit coram Papa,*nu.9.* 25.
Reſignatio ſeu permutatio parochialium hodie nō admittitur in Curia, *præſertim cum penſionis reſeruatione, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illam poſſederit,nu.4.* 131.
Reſignatio beneficij litigioſi nulla eſt,nu.8. 205.
Fallit multis modis,vt ibi.
Reſignans cuius reſignatio fuit nulla ob expreſſionem maioris valoris beneficij, non habet regreſſum ad ſuum beneficium,nu.13. 218.
In Reſignationibus ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum & aliarum gratiarum,nu.7. 126.
Reſcriptum Perinde valere *ſolet concedi quando reſignans non expreſſit ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum.* 269.
Reuocatio procuratoris conſtituti ad permutandum vel cedendum valet,licet conſtituens iurauerit non reuocare,nu.3. 252.
Reuocationis mandati intimatio facta Domino ſufficit,licet non Procuratori *vel* Superiori,*nu.8.* 258.
Rotæ deciſio dicentis faciendam eſſe mentionem tituli beneficij, ad quem quis eſt promotus. 264.

S.

Scientia pro qualitate beneficij alia atque alia eſſe debet,nu.2. 87.
Simonia propriè eſt cùm datur quid temporale, pro ſpirituali,nu.3. 10.
An ſit ſimonia præſentare aliquem cum onere, vt is defendat ius præſentationis. 330.
Per ſignaturam gratia eſt perfecta. 319.

Simonia non obſtante, Rota quandoque reuocat attentata, nu.7. 228.

Simoniaca reſignatione abdicatur ius à reſignante, nec datur ei regreſſus, nu.12. 218.

Simonia exceptio an obſtet permutanti petenti reuocationem attentatorum? nu.1. 226.

Simoniacus præſumitur qui poſt beneficij ceſsionem & captam à ceſsionario poſſeßionem fructus aut illorum partem percipit ex Conſtit. Pij V. 232.

Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure, & factus inhabilis tam ad agendum, quàm ad beneficia, nu.2. 226.

Simoniaco ſpoliato daretur vitioſus ingreſſus, ſi mediante reuocatione attentatorum reſtitueretur, nu.4. 228.

Simoniacorum beneficia vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione, nu.8. 145.

Solemnitas extrinſeca non præſumitur actui interueniſſe, nu.3. 63.

Solemnitas extrinſeca quando interueniſſe præſumatur, nu.5. 64.

Solennitas extrinſeca curſu decennij cum poſſeſsione interueniſſe præſumitur, nu.5. 64. & *nu.5.* 125.

Solennitas extrinſeca dicitur ſine qua actus ipſe ſtare poteſt, licet lex actum ipſum vt minus ſolennem nõ approbet, nu.2. 63.

Stylus Rom. Curiæ ſeruandus eſt. 118. & 315.

Subreptitia dicitur gratia eius qui beneficia quæ poſſidet ſubticet, nu.3. 117.

Suppreſsio aliorum beneficiorum an permutationem reddat nullam, nu.1. 117. & 6. 118.

Surro-

Reſeruatione ligantur manus Ordinariorū, nu. 6. 108.
Reſignatio iuris ad rem ſubſiſtit coram Papa, nu. 9. 25.
Reſignatio ſeu permutatio parochialium hodie nō admittitur in Curia, præſertim cum penſionis reſeruatione, niſi exprimatur à quo tempore reſignans vel permutans illam poſſederit, nu. 4. 131.
Reſignatio beneficij litigioſi nulla eſt, nu. 8. 205.
Fallit multis modis, vt ibi.
Reſignans cuius reſignatio fuit nulla ob expreſsionem maioris valoris beneficij, non habet regreſſum ad ſuum beneficium, nu. 13. 218.
In Reſignationibus ſeu permutationibus ſolet dari ſuſpenſio vnionum & aliarum gratiarum, nu. 7. 126.
Reſcriptum Perinde valere ſolet concedi quando reſignans non expreſſit ſe ad titulum beneficij reſignati fuiſſe promotum. 269.
Reuocatio procuratoris conſtituti ad permutandum vel cedendum valet, licet conſtituens iurauerit non reuocare, nu. 3. 252.
Reuocationis mandati intimatio facta Domino ſufficit, licet non Procuratori vel Superiori, nu. 8. 258.
Rotæ deciſio dicentis faciendam eſſe mentionem tituli beneficij, ad quem quis eſt promotus. 264.

S.

Scientia pro qualitate beneficij alia atque alia eſſe debet, nu. 2. 87.
Simonia propriè eſt cùm datur quid temporale, pro ſpirituali, nu. 3. 10.
An ſit ſimonia præſentare aliquem cum onere, vt is defendat ius præſentationis. 330.
Per ſignaturam gratia eſt perfecta. 319.

Y Simo-

Simonia non obſtante, Rota quandoque reuocat attentata, nu. 7. 228.

Simoniaca reſignatione abdicatur ius à reſignante, nec datur ei regreſſus, nu. 12. 218.

Simoniæ exceptio an obſtet permutanti petenti reuocationem attentatorum? nu. 1. 226.

Simoniacus præſumitur qui poſt beneficij ceſsionem & captam à ceſsionario poſſeßionem fructus aut illorum partem percipit ex Conſtit. Pij V. 232.

Simoniacus realis eſt excommunicatus ipſo iure, & factus inhabilis tam ad agendum, quàm ad beneficia, nu. 2. 226.

Simoniaco ſpoliato daretur vitioſus ingreſſus, ſi mediante reuocatione attentatorum reſtitueretur, nu. 4. 228.

Simoniacorum beneficia vacant ipſo iure, & poſſunt impetrari abſque alia declaratione, nu. 8. 145.

Solemnitas extrinſeca non præſumitur actui interueniſſe, nu. 3. 63.

Solemnitas extrinſeca quando interueniſſe præſumatur, nu. 5. 64.

Solennitas extrinſeca curſu decennij cum poſſeſsione interueniſſe præſumitur, nu. 5. 64. & nu. 5. 125.

Solennitas extrinſeca dicitur ſine qua actus ipſe ſtare poteſt, licet lex actum ipſum vt minus ſolennem nõ approbet, nu. 2. 63.

Stylus Rom. Curiæ ſeruandus eſt. 118. & 315.

Subreptitia dicitur gratia eius qui beneficia quæ poſſidet ſubticet, nu. 3. 117.

Suppreſsio aliorum beneficiorum an permutationem reddat nullam, nu. 1. 117. & 6. 118.

Surro-

Surrogatus gratioſè, ius auctoris ſui oſtendere non tenetur. 207.

T.

T*Acens pro conſentiente habetur quoties de commodis illius agitur, nu. 4.* 72.

Tacẽs pro conſentiẽte habetur etiã vbi tacẽtis damnũ verſatur, ſi materia fauorabilis ſit Reipub. n. 4. 72.

Tacita Superioris collatio, an ſufficiat permutare volentibus, nu. 2. 164.

Tempus recipiendæ ſeu admittendæ permutationis à iure definitum non eſt, nu. 3. 48.

Titulus Iuriſpatronatus præſumitur ex curſu longiſſimi temporis & iteratis præſentationibus, nu. 6. 75.

Id verum niſi conſtet de titulo infecto, nu. 8. 75.

Titulus vnus inualidus non infert poſſeſſorem ius in beneficio non habere, nu. 5. 422.

Titulus beneficij non cenſetur abdicatus ab reſignãte, niſi ſit reſignatario quæſitus. 295.

Triennalis poſſeſſor non tenetur titulum ſui auctoris probare, nu. 3. 321.

Triennalis Regula, vide Regula Triennalis.

V.

A*N ex valoris diſparitate ſemper arguatur fraus in permutationibus.* 308.

Vbi de volũtate manifeſta Papæ vel Principis apparet ceſſare debet omnis vlterior diſputatio, nu. 5. 114.

Vbi voluntatis quæſtio eſt, ea ſumenda eſt interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, nu. 9. 165.

Vicarius Epiſcopi auctoritatem permutantibus non præſtat, niſi alius vſus inualuerit, nu. 1. 30.

Vicarius beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia

 non

non confert,nu.2. 30.
Vicarius reſignationes recipere non poteſt virtute generalis mãdati,niſi alius vſus inualuerit,nu.6. 131.
Vicarius auctorat permutationes virtute ſpecialis mandati, etiam Epiſcopo mandante mortuo, ſi mortis illius non habuit notitiam,nu.8. 31.
Vel communiter mors illius ignorabatur,nu.10. 32.
Vnio permutationem non impedit ſi ſequatur renunciationes hinc inde factas,nu.8. 126.
Vnitum beneficiũ amplius vacare nõ poteſt,nu.2. 125.
Vnionis beneficij permutatio ſubſiſtit, ſi facta ſit auctoritate Papæ cum narratiua vnionis,nu.5. 225.
Per Vnionem cenſetur ius quæſitum Eccleſiæ vel perſonæ,cuius beneficio vnitum eſt,nu.3. 125.
quod verum, dummodo vnio ſubſiſtat,nu. 4. Ibid.
Vitium litigioſi purgatur, quoties ſimpliciter eſt renunciatum liti,nu.8. 205.

FINIS.

ERRATA ET OMISSA.

Pag.11.*q.6.nu.*131.ſcribe *q.6.nu.*231. Pag.15.*ſoli* ſcr.*ſolo.* Pag.51.in fi.*eum* ſcr.*eos.* Pag.63.*ſtare poteſt*,omiſsũ,*licet hoc actum ipſum vt minus ſolennem non approbet.* P.75.*orat* ſcr.*notat.* P.77.*valeãt*,deeſt vox *permutare.* P.121. *noſpitalibus* leg.*Hoſpitalibus.* P.123.nu.9. poſt voces *alij Canoniſtæ* omiſſum *Secus in Ordinario,licet*,&c. P.129.*ſcholam* deeſt *permutari poſſe.* P.139.*parochial*,leg.*parochialem.* P.151.*Limita*,deeſt *ſecundò.* P.158.*Illudque* leg.*illud ve.* P.160.*an ſit locus*,deeſt vox *pœnæ.* P.199.*Imo*.leg.*Innoc.* P.214.*implea*.leg.*impleta.* P.232.in pr. *Pœna non publicantis hæc inducẽda quod ex alio loco imprudẽter tranſlata.* P.233. in pr.*verò*,leg.*vero.* P.243.in fi.*permutaret* leg. *permutet.* P.304.*ſed cum ſint* leg. *ſed quid ſi ſint.*

Surrogatus gratioſè, ius auctoris, ſui oſtendere non tenetur. 207.

T.

Tacens pro conſentiente habetur quoties de commodis illius agitur, nu.4. 72.
Tacẽs pro conſentiẽte habetur etiã vbi tacẽtis damnũ verſatur, ſi materia fauorabilis ſit Reipub. n.4. 72.
Tacita Superioris collatio, an ſufficiat permutare volentibus, nu.2. 164.
Tempus recipiendæ ſeu admittendæ permutationis à iure definitum non eſt, nu.3. 48.
Titulus Iurispatronatus præſumitur ex curſu longiſſimi temporis & iteratis præſentationibus, nu.6. 75.
Id verum niſi conſtet de titulo infecto, nu.8. 75.
Titulus vnus inualidus non infert poſſeſſorem ius in beneficio non habere, nu.5. 422.
Titulus beneficij non cenſetur abdicatus ab reſignãte, niſi ſit reſignatario quæſitus. 295.
Triennalis poſſeſſor. non tenetur titulum ſui auctoris probare, nu.3. 321.
Triennalis Regula, vide Regula Triennalis.

V.

AN ex valoris diſparitate ſemper arguatur fraus in permutationibus. 308.
Vbi de volũtate manifeſta Papæ vel Principis apparet ceſſare debet omnis vlterior diſputatio, nu.5. 114.
Vbi voluntatis quæſtio eſt, ea ſumenda eſt interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, nu.9. 165.
Vicarius Epiſcopi auctoritatem permutantibus non præſtat, niſi alius vſus inualuerit, nu.1. 30.
Vicarius beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia non

non confert, nu. 2. 31.

Vicarius reſignationes recipere non poteſt virtute generalis mādati, niſi alius vſus inualuerit, nu. 6. 131.

Vicarius auctorat permutationes virtute ſpecialis mandati, etiam Epiſcopo mandante mortuo, ſi mortis illius non habuit notitiam, nu. 8. 31.

Vel communiter mors illius ignorabatur, nu. 10. 32.

Vnio permutationem non impedit ſi ſequatur renunciationes hinc inde factas, nu. 8. 126.

Vnitum beneficiū amplius vacare nō poteſt, nu. 2. 125.

Vnionis beneficij permutatio ſubſiſtit, ſi facta ſit auctoritate Papæ cum narratiua vnionis, nu. 5. 225.

Per Vnionem cenſetur ius quæſitum Eccleſiæ vel perſonæ, cuius beneficio vnitum eſt, nu. 3. 125.

quod verum, dummodo vnio ſubſiſtat, nu. 4. Ibid.

Vitium litigioſi purgatur, quoties ſimpliciter eſt renunciatum liti, nu. 8. 205.

FINIS.

ERRATA ET OMISSA.

Pag. 11. *q. 6. nu.* 131. ſcribe *q. 6. nu.* 231. Pag. 15. *ſoli* ſcr. *ſolo.* Pag. 51. in fi. *eum* ſcr. *eos*. Pag. 63. *ſtare poteſt*, omiſsū, *licet hoc actum ipſum vt minus ſolennem non approbet*. P. 75. *orat* ſcr. *notat*. P. 77. *valeāt*, deeſt vox *permutare*. P. 121. *noſpitalibus* leg. *Hoſpitalibus*. P. 123. nu. 9. poſt voces *alij Canoniſtæ* omiſſum *Secus in Ordinario, licet*, &c. P. 129. *ſcholam* deeſt *permutari poſſe*. P. 139. *parochial*. leg. *parochialem*. P. 151. *Limita*, deeſt *ſecundò*. P. 158. *Illudque* leg. *illud ve*. P. 160. *an ſit locus*, deeſt vox *pœnæ*. P. 199. *Imo*. leg. *Innoc*. P. 214. *implea*. leg. *impleta*. P. 232. in pr. *Pœna non publicantis hæc inducēda quod ex alio loco imprudēter tranſlata*. P. 233. in pr. *verò*, leg. *vero*. P. 243. in fi. *permutaret* leg. *permutet*. P. 304. *ſed cum ſint* leg. *ſed quid ſi ſint*.

Surrogatus gratioſè, ius auctoris, ſui oſtendere non tenetur. 207.

T.

Tacens pro conſentiente habetur quoties de commodis illius agitur, nu. 4. 72.

Tacẽs pro conſentiẽte habetur etiã vbi tacẽtis damnũ verſatur, ſi materia fauorabilis ſit Reipub. n. 4. 72.

Tacita Superioris collatio, an ſufficiat permutare volentibus, nu. 2. 164.

Tempus recipiendæ ſeu admittendæ permutationis à iure definitum non eſt, nu. 3. 48.

Titulus Iuriſpatronatus præſumitur ex curſu longiſſimi temporis & iteratis præſentationibus, nu. 6. 75.
Id verum niſi conſtet de titulo infecto, nu. 8. 75.

Titulus vnus inualidus non infert poſſeſſorem ius in beneficio non habere, nu. 5. 422.

Titulus beneficij non cenſetur abdicatus ab reſignãte, niſi ſit reſignatario quæſitus. 295.

Triennalis poſſeſſor non tenetur titulum ſui auctoris probare, nu. 3. 321.

Triennalis Regula, vide Regula Triennalis.

V.

AN ex valoris diſparitate ſemper arguatur fraus in permutationibus. 308.

Vbi de volũtate manifeſta Papæ vel Principis apparet ceſſare debet omnis vlterior diſputatio, nu. 5. 114.

Vbi voluntatis quæſtio eſt, ea ſumenda eſt interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, nu. 9. 165.

Vicarius Epiſcopi auctoritatem permutantibus non præſtat, niſi alius vſus inualuerit, nu. 1. 30.

Vicarius beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia non

non confert,nu.2. 30.

Vicarius reſignationes recipere non poteſt virtute generalis mãdati,niſi alius vſus inualuerit,nu.6. 131.

Vicarius auctorat permutationes virtute ſpecialis mandati, etiam Epiſcopo mandante mortuo, ſi mortis illius non habuit notitiam,nu.8. 31.

Vel communiter mors illius ignorabatur,nu.10. 32.

Vnio permutationem non impedit ſi ſequatur renunciationes hinc inde factas,nu.8. 126.

Vnitum beneficiũ amplius vacare nõ poteſt,nu.2. 125.

Vnionis beneficij permutatio ſubſiſtit, ſi facta ſit auctoritate Papæ cum narratiua vnionis,nu.5. 225.

Per Vnionem cenſetur ius quæſitum Eccleſiæ vel perſonæ,cuius beneficio vnitum eſt,nu.3. 125.

quod verum, dummodo vnio ſubſiſtat,nu. 4. Ibid.

Vitium litigioſi purgatur, quoties ſimpliciter eſt renunciatum liti,nu.8. 205.

FINIS.

ERRATA ET OMISSA.

Pag.11.*q.6.nu.*131.ſcribe *q.6.nu.*231. Pag.15.*ſoli* ſcr.*ſolo*. Pag.51.in fi.*eum* ſcr.*eos*. Pag.63.*ſtare poteſt*, omiſsũ, *licet hoc actum ipſum vt minus ſolennem non approbet*. P.75.*orat* ſcr.*notat*. P.77.*valeãt*, deeſt vox *permutare*. P.121. *noſpitalibus* leg.*Hoſpitalibus*. P.123.nu.9. poſt voces *alij Canoniſtæ* omiſſum *Secus in Ordinario,licet,*&c. P.129.*ſcholam* deeſt *permutari poſſe*. P.139.*parochial* .leg.*parochialem*. P. 151.*Limita*, deeſt *ſecundò*. P.158.*Illudque* leg.*illud ve*. P. 160.*an ſit locus*, deeſt vox *pœnæ*. P.199.*Imo*.leg.*Innoc*. P. 214.*implea*.leg.*impleta*. P.232.in pr. *Pœna non publicantis hæc inducẽda quod ex alio loco imprudẽter tranſlata*. P.233. in pr.*verò*,leg.*vero*. P.243.in fi.*permutaret* leg.*permutet*, P.304. *ſed cum ſint* leg. *ſed quid ſi ſint*.

Surrogatus gratioſè, ius auctoris ſui oſtendere non tenetur. 207.

T.

Tacens pro conſentiente habetur quoties de commodis illius agitur, nu. 4. 72.

Tacẽs pro conſentiẽte habetur etiã vbi tacẽtis damnũ verſatur, ſi materia fauorabilis ſit Reipub. n. 4. 72.

Tacita Superioris collatio, an ſufficiat permutare volentibus, nu. 2. 164.

Tempus recipiendæ ſeu admittendæ permutationis à iure definitum non eſt, nu. 3. 48.

Titulus Iuriſpatronatus præſumitur ex curſu longiſſimi temporis & iteratis præſentationibus, nu. 6. 75.

Id verum niſi conſtet de titulo infecto, nu. 8. 75.

Titulus vnus inualidus non infert poſſeſſorem ius in beneficio non habere, nu. 5. 422.

Titulus beneficij non cenſetur abdicatus ab reſignãte, niſi ſit reſignatario quaſitus. 295.

Triennalis poſſeſſor non tenetur titulum ſui auctoris probare, nu. 3. 321.

Triennalis Regula, vide Regula Triennalis.

V.

An ex valoris diſparitate ſemper arguatur fraus in permutationibus. 308.

Vbi de volũtate manifeſta Papæ vel Principis apparet ceſſare debet omnis vlterior diſputatio, nu. 5. 114.

Vbi voluntatis quæſtio eſt, ea ſumenda eſt interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, nu. 9. 165.

Vicarius Epiſcopi auctoritatem permutantibus non præſtat, niſi alius vſus inualuerit, nu. 1. 30.

Vicarius beneficia ad collationem Epiſcopi ſpectantia

non confert,nu.2. 30.
Vicarius reſignationes recipere non poteſt virtute generalis mādati,niſi alius vſus inualuerit,nu.6. 131.
Vicarius auctorat permutationes virtute ſpecialis mandati, etiam Epiſcopo mandante mortuo, ſi mortis illius non habuit notitiam,nu.8. 31.
Vel communiter mors illius ignorabatur,nu.10. 32.
Vnio permutationem non impedit ſi ſequatur renunciationes hinc inde factas,nu.8. 126.
Vnitum beneficiū amplius vacare nō poteſt,nu.2. 125.
Vnionis beneficij permutatio ſubſiſtit, ſi facta ſit auctoritate Papæ cum narratiua vnionis,nu.5. 225.
Per Vnionem cenſetur ius quæſitum Eccleſiæ vel perſonæ,cuius beneficio vnitum eſt,nu.3. 125.
quod verum,dummodo vnio ſubſiſtat,nu. 4. Ibid.
Vitium litigioſi purgatur, quoties ſimpliciter eſt renunciatum liti,nu.8. 205.

FINIS.

ERRATA ET OMISSA.

Pag.11.*q.6.nu.*131.ſcribe *q.6.nu.*231. Pag.15.*ſoli* ſcr.*ſolo.* Pag.51.in fi.*eum* ſcr.*eos.* Pag.63.*ſtare poteſt,* omiſsū, *licet hoc actum ipſum vt minus ſolennem non approbet.* P.75.*orat* ſcr.*notat.* P.77.*valeāt,* deeſt vox *permutare.* P.121. *noſpitalibus* leg.*Hoſpitalibus.* P.123 nu.9. poſt voces *alij Canoniſtæ* omiſſum *Secus in Ordinario,licet,*&c. P.129.*ſcholam* deeſt *permutari poſſe.* P.139.*parochial.* leg.*parochialem.* P.151.*Limita,* deeſt *ſecundò.* P.158.*Illudque* leg.*illud ve.* P.150.*an ſit locus,* deeſt vox *pœnæ.* P.199.*Imo.* leg.*Innoc.* P.214.*implea.* leg.*impleta.* P.232.in pr. *Pœna non publicantis hæc inducēda quod ex alio loco imprudēter trāſlata.* P.233.in pr.*verò,* leg.*vero.* P.243.in fi.*permutaret* leg.*permutetj* P.304.*ſed cum ſint* leg.*ſed quid ſi ſint.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google